DR. JULIJE GOLIK

IZBOR IZ RETORIČKIH I FILOZOFSKIH DJELA

M. TULIJA CICERONA

IZBOR IZ RETORIČKIH I FILOZOFSKIH DJELA

M. TULIJA CICERONA

Prema Dru JULIJU GOLIKU

PRIREDIO

Prof. ZVONIMIR ZMAJLOVIĆ

DE ORATORE

LIBER PRIMUS

Uvod dijalogu (**1**, 1—**6**, 23). *Ciceron kaže, da je stao pisati ovaj spis, da izvrši svoju davnu osnovu i zadovolji molbu brata Kvinta. Pita, kako je to, da je baš u govorništvu tako malo vrsnih ljudi, dok ih u drugim znanostima i zanimanjima ima više. Razlog je to, što je govorništvo veoma teško, jer je za nj potrebna gotovo svestrana obrazovanost, pa nabraja, što je sve govorniku potrebno. Razlaganje svoje stegnut će na genus iudiciale i deliberativum.*

Osobit uvod 1. knjizi. Za rimskih igara (u rujnu 91. god.) došao je L. Kras na svoje imanje Tusculanum, da se odmori, a s njim su došli K. Kota i P. Sulpicije. Tamo ga dođu pohoditi Kv. Mucije Scevola i M. Antonije. Prvoga dana govorili su o politici, radi čega su bili i došli. Drugoga dana na šetnji potakne Scevola, da bi po primjeru Sokrata u Platonovu Fedru sjeli u sjenu platane. Tu je Kras zametnuo razgovor o govorništvu (**7**, 24—**8**, 30).

Tractatio (**8**, 30—**62**, 262). *Dio prvi. Opseg i sadržaj govorništva* (**8**, 30—**21**, 95).

A. Mišljenje Krasovo. Najprije hvali govorništvo (**8**, 30—**8**, 34).

'Neque vero mihi quicquam', inquit, 'praestabilius videtur 8 30
quam posse dicendo tenere hominum coetus, mentes allicere, voluntates impellere, quo velit, unde autem velit, deducere. Haec una res in omni libero populo, maximeque in pacatis tranquillisque civitatibus, praecipue semper floruit semperque

30. *quo velit*, sc. govornik, koji se razabira iz *posse dicendo tenere*. — *pacatis*, u miru s vanjskim narodima; *tranquillis*, mirna u svojoj unutrašnjosti.

31 dominata est. Quid enim est aut tam admirabile quam ex infi-
nita multitudine hominum existere unum, qui id, quod omnibus
natura sit datum, vel solus vel cum perpaucis facere possit?
aut tam iucundum cognitu atque auditu quam sapientibus
sententiis gravibusque verbis ornata oratio et polita? aut tam
potens tamque magnificum quam populi motus, iudicum reli-
32 giones, senatus gravitatem unius oratione converti? Quid tam
porro regium, tam liberale, tam munificum quam opem ferre
supplicibus, excitare adflictos, dare salutem, liberare pericu-
lis, retinere homines in civitate? Quid autem tam necessarium
quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis
vel provocare improbos vel te ulcisci lacessitus? Age vero, ne
semper forum, subsellia, rostra curiamque meditere: quid esse
potest in otio aut iucundius aut magis proprium humanitatis
quam sermo facetus ac nulla in re rudis? Hoc enim uno prae-
stamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos et quod
33 exprimere dicendo sensa possumus. Quam ob rem quis hoc non
iure miretur summeque in eo elaborandum esse arbitretur,
ut, quo uno homines maxime bestiis praestent, in hoc homini-
bus ipsis antecellat? Ut vero iam ad illa summa veniamus:
quae vis alia potuit aut dispersos homines unum in locum
congregare aut a fera agrestique vita ad hunc humanum cul-
tum civilemque deducere aut iam constitutis civitatibus leges,

---

— *floruit.* Mnogi tumači kažu, da Ciceron nema pravo, kad to tvrdi, jer političke borbe pospješuju razvitak govorništva i promiču ga. Ali Ciceron ovdje ne pomišlja na zakonitu i ustavnu političku borbu, nego na neustavna nasilja i stranačka razbijanja, kakvih je bilo u republici u Ciceronovo vrijeme, a takva nasilja ne mogu biti povoljna za razvitak govorništva. Ustavne političke borbe su Ciceronu prema stranačkoj podivljalosti upravo mir. — **31.** *cognitu,* proteže se na sadržaj *(sententiis), auditu,* na oblik *(verbis).* — *ornata* je više vezano sa *sententiis,* a *polita* s *verbis.* — *populi motus,* čuvstva, strasti naroda. — *religiones,* duševne sumnje, dvoumice. — *convertere,* okrenuti, promijeniti. — 32. *retinere in civitate,* t. j. obraniti ga, da ne bude prognan. — *forum,* javno djelovanje, javan rad; *forum* obuhvaća i *subsellia* i *rostra:* klupe sudačke (misli *genus iudicale),* i govornicu, s koje se narodu govorilo (misli *genus deliberativum); curiam,* senatska vijećnica na komiciju *(genus deliberativum* u senatu); *ne... meditere,* da ne misliš svagda na..., t. j. da za čas ostavimo... — *humanitatis,* konkretno: obrazovan čovjek. — *sensa,* naše misli. — 33. *ad illa summa,* do onoga, što je najznatnije. — *dispersos,* slično kaže Ciceron kasnije i za filozofiju: *tu dissipatos homines in societatem vitæ convocasti.* — *ad hunc*

iudicia, iura describere? Ac ne plura, quae sunt paene innu- 34
merabilia, consecter, comprehendam brevi: sic enim statuo,
perfecti oratoris moderatione et sapientia non solum ipsius
dignitatem, sed et privatorum plurimorum et universae rei
publicae salutem maxime contineri. Quam ob rem pergite, ut
facitis, adulescentes, atque in id studium, in quo estis, incum-
bite, ut et vobis honori et amicis utilitati et rei publicae emo-
lumento esse possitis'.

Scevola mu na to odgovara, da države nisu osnovali **eloquentes,** *nego* **prudentes,** *a ni on ni filozofi ne mogu priznati, da bi govornik mogao savršeno govoriti o svačem, o čem se zametne razgovor* (**9,** 35—**10,** 44). *Kras odgovara, da je o tom u Ateni s filozofima raspravljao, ali on ipak uza sve prigovore njihove ostaje kod svojega mišljenja* (**11,** 45—48).

Nam si quis hunc statuit esse oratorem, qui tantummodo 11 48
in iure et in iudiciis possit aut apud populum aut in senatu copiose loqui, tamen huic ipsi multa tribuat et concedat necesse est. Neque enim sine multa pertractatione omnium rerum publicarum neque sine legum, morum, iuris scientia neque natura hominum incognita ac moribus in his ipsis rebus satis callide versari et perite potest. Qui autem haec cognoverit, sine quibus ne illa quidem minima in causis quisquam recte tueri potest, quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? Sin oratoris nihil vis esse nisi composite, ornate, copiose loqui, quaero, id ipsum qui possit assequi sine ea scientia, quam ei

---

humanum cultum civilemque deducere: dovesti do ove ljudske i građanske obrazovanosti. — *iura,* katkada je sinonimno s *leges,* ovdje znači: prava, t. j. građanska. — *describere,* odrediti. — **34.** *moderatione et sapientia,* hendiadyoin: mudro upravljanje. — *contineri,* sastojati se, osnivati se. — *incumbere in aliquid:* prionuti za što. — *vobis, amicis, rei publicæ,* odgovara spomenutim pojmovima: *ipsius, privatorum plurimorum, universe rei publicæ.*

48. *in iure et in iudiciis,* dvije različne strane sudbenoga govorništva: *in iure* odgovaralo bi našoj riječi: istraga, koju je vodio pretor, a *in iudiciis* odgovaralo bi našoj: glavna rasprava (pred sucima porotnicima). — *apud populum aut in senatu,* su dva oblika *generis deliberativi.* — *multa,* t. j. znanje o mnogočem. — *sine... sine:* dva puta kaže Ciceron *sine,* a treći put radi promjene upotrebljava ablativ apsolutni = *sine cognitione naturæ ac morum.* Govornik mora dakle da ima znanja: a) u politici, b) u pravu (da zna zakone, pravne običaje, pravo); c) u psihologiji i etici. To su, kako odmah Ciceron kaže,

non conceditis? Dicendi enim virtus, nisi ei, qui dicet, percepta
49 sunt, extare non potest. Quam ob rem, si ornate locutus est,
sicut et fertur et mihi videtur, physicus ille Democritus, ma-
teries illa fuit physici, de qua dixit, ornatus vero ipse verborum
oratoris putandus est. Et si Plato de rebus ab civilibus contro-
versiis remotissimis divinitus est locutus, quod ego concedo, si
item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis, de
quibus disputaverunt, eloquentes et in dicendo suaves atque
ornati fuerunt: sint eae res, de quibus disputant, in aliis quibus-
dam studiis, oratio quidem ipsa propria est huius unius ratio-
50 nis, de qua loquimur et quaerimus. Etenim videmus iisdem de
rebus ieiune quosdam et exiliter, ut eum, quem acutissimum
ferunt, Chrysippum, disputavisse neque ob eam rem philoso-
phiae non satis fecisse, quod non habuerit hanc dicendi ex arte
12 aliena facultatem. Quid ergo interest? aut qui discernes eorum,
quos nominavi, in dicendo ubertatem et copiam ab eorum exi-
litate, qui hac dicendi varietate et elegantia non utuntur?
Unum erit profecto, quod ii, qui bene dicunt, afferunt pro-
prium: compositam oratinem et ornatam et artificio quodam
et expolitione distinctam. Haec autem oratio, si res non subest,
ab oratore percepta et cognita, aut nulla sit necesse est aut
51 omnium irrisione ludatur. Quid est enim tam furiosum quam
verborum vel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanis,

minima. — *callide,* razborito (ako je teoretički siguran); *perite,* vješto, sigurno (to stiče praksom). — *in his ipsis rebus,* u samim ovim stvarima, o kojima se radi na sudovima, u skupštinama i u senatu. — *ne illa quidem minima,* t. j. *ut satis callide et perite versetur in causis.* — *quid huic abesse . . . scientia:* kako će mu moći nedostajati znanje . . . — *composite,* uređeno, misli se *collocatio*, *ornate,* kićeno, misli se *elocutio, copiose* s obiljem misli, obilno, misli se *inventio.* — *qui possit; qui* = *quomodo.* — *dicendi . . .:* poredaj: *virtus enim dicendi extare non potest, nisi ei, qui dicet, percepta sunt ea, de quibus dicet.* — **49.** *sint eæ res: conj, concessivus.* — *rationis,* struka. — **50.** *neque . . .* sc. *videmus:* a ne vidimo, da ne bi zato, što . . ., bio dovoljno učinio u filozofiji; *ex arte aliena* je umetnuto između *hanc* — *facultatem,* jer latinski jezik ne pozna participa glagola *esse* kao grčki jezik. — *qui* = kako. — *non uti aliqua re,* nemati što. — *compositam orationem . . . distinctam,* atrakcijom je prema *proprium* u akuzativu, dok bi moralo biti kao apozicija od *unum* u nominativu. — *artificio quodam et expolitione distinctam,* koji se odlikuje nekom umjetnom gradnjom i izglađenošću (dotjeranošću). — *res,* građa, sadržaj. — *subest,* biti u čem. — *percepta et cognita,* spoji s *res.* — *nulla,* nikakav, bez vrijednosti. — *omnium irrisione ludatur,* svi će mu se smijati i rugati. — **51.** *furiosum,* lud.

nulla subiecta sententia nec scientia? Quicquid erit igitur qua-
cumque ex arte, quocumque de genere, orator id, si tamquam
clientis causam didicerit, dicet melius et ornatius quam ipse ille
eius rei inventor atque artifex. Nam si quis erit, qui hoc dicat, 52
esse quasdam oratorum proprias sententias atque causas et
certarum rerum forensibus cancellis circumscriptam scientiam,
fatebor equidem in his magis assidue versari hanc nostram
dictionem: sed tamen in his ipsis rebus permulta sunt, quae
ipsi magistri, qui rhetorici vocantur, nec tradunt nec tenent.
Quis enim nescit, maximam vim existere oratoris in hominum 53
mentibus vel ad iram aut ad odium aut ad dolorem incitandis
vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem misericor-
diamque revocandis? quae, nisi qui naturas hominum vimque
omnem humanitatis causasque eas, quibus mentes aut inci-
tantur aut reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo, quod
volet, perficere non poterit. Atque totus hic locus philosopho- 54
rum proprius videtur, neque orator me auctore umquam repu-
gnabit; sed, cum illis cognitionem rerum concesserit, quod in
ea solum illi voluerint elaborare, tractationem orationis, quae
sine illa scientia nulla est, sibi adsumet. Hoc enim est proprium
oratoris, quod saepe iam dixi: oratio gravis et ornata et homi-
num sensibus ac mentibus adcommodata. Quibus de rebus Ari- 13
stotelem et Theophrastum scripsisse fateor; sed vide, ne hoc, 55

— *nulla subiecta . . . scientia* abl. aps.: ako nema u njima . . . — *tamquam clientis,* t. j. ako je proučio stvar, kako prouči parnicu svojega klijenta. — *artifex,* poznavalac, stručnjak. — **52.** *certarum rerum,* određenih predmeta. — *cancellis,* ograda, koja dijeli sud i stranke od općinstva. — *hanc nostram dictionem,* ovaj naš način govorenja, t. j. govorničko djelovanje. — *tenent,* znadu. — **53.** *existere,* isticati se, pokazivati se. — *dolorem,* bol, srdžba, što ih pobuđuje govornik crtajući nevaljala djela: zlovolja, u običnom govoru odgovarala bi najbolje riječ: negodovanje. — *vim . . . humanitatis,* biće ljudske prirode. — *quæ . . . dicendo, quod volet, perficere non poterit,* ovdje ima *perficere* upravo dva objekta: *quæ* i *quod volet.* To je anakolut, jer *quæ* (t. j. spomenuto govorničko djelovanje) bi iziskivalo glagol *præstare* ili koji sličan, ali Ciceron nastavljajući s *quod volet* upotrebljava glagol *perficere,* a zaboravlja na *quæ;* u prijevodu ga izostavi. — **54.** *locus,* stvar, predmet. — *me auctore* na moj savjet. — *voluerint,* to je misao *oratoris,* a ne Krasova, koji govori. — *tractationem orationis* (genit. subjekt.): govornička obradba. — *sine illa scientia* = *sine illarum rerum scientia.* — *gravis,* krepak. — *sensibus ac mentibus,* čuvstvima i mislima. — **55.** *quibus de rebus,* t. j. o *oratio gravis et ornata et hominum . . . adcommodata.* — Ciceron hoće da odbije prigovor, kao da

Scaevola, totum sit a me. Nam ego, quae sunt oratori cum illis
communia, non mutuor ab illis; isti, quae de his rebus dispu-
tant, oratorum esse concedunt. Itaque ceteros libros artis suae
56 nomine, hos rhetoricos et inscribunt et appellant. Etenim cum
illi in dicendo inciderint loci, quod persaepe evenit, ut de dis
immortalibus, de pietate, de concordia, de amicitia, de communi
civium, de hominum, de gentium iure, de aequitate, de tempe-
rantia, de magnitudine animi, de omni virtutis genere sit di-
cendum, clamabunt, credo, omnia gymnasia atque omnes phi-
losophorum scholae sua esse haec omnia propria, nihil omnino
57 ad oratorem pertinere. Quibus ego, ut de his rebus in angulis
consumendi otii causa disserant, cum concessero, illud tamen
oratori tribuam et dabo, ut eadem, de quibus illi tenui quodam
exanguique sermone disputant, hic cum omni iucunditate
et gravitate explicet. Haec ego cum ipsis philosophis tum
Athenis disserebam. Cogebat enim me M. Marcellus hic noster,
qui nunc aedilis curulis est et profecto, nisi ludos nunc faceret,
huic nostro sermoni interesset; ac iam tum erat adulescentulus
58 his studiis mirifice deditus. Iam vero, de legibus, de bello, de
pace, de sociis, de vectigalibus, de iure civium generatim in
ordines aetatesque discripto dicant vel Graeci, si volunt, Ly-

bi se govornik pleo u posao filozofâ; samo govorniku pripada formalna obradba *(tractatio orationis)*, a znanje u svim etičkim pitanjima zajednička je svojina i govornikâ i filozofâ. — *hoc... sit a me,* to ide meni u prilog. — 56. *loci,* t. j. *loci communes,* opća mjesta; to su u retorici odlomci govora, koji su doduše u vezi s određenim pitanjem, ali se mogu upotrijebiti i u svim drugim sličnim slučajevima. S tim ne valja zamijeniti *loci argumentorum,* izvore dokazâ, grč. *τόποι,* o kojima raspravlja *Topica.* — *gymnasia... scholæ,* misli slušače u njima. — 57. *in angulis,* u zakutcima; prezirno, jer se udaljuju od praktičnoga života. — *consumendi otii causa,* da im prođe vrijeme. — *cogebat.* Tim Kras izriče, da nije nikada volio ovakvo raspravljanje, od kojega je slaba korist za život, ali ga je na to silio M. Marcel, koji je pripadao mlađem naraštaju, koji se držao naprednij. Taj Marcel nije inače poznat. — *hic noster,* ne znači da je nazočan, nego da je usko prijateljstvo između njih i Marcela. — *ludos: ludi Romani* ili *magni (maximi) u* čast Jupitera, Junone i Minerve od 4.—12. rujna. Isprva su to bile igre u cirku, kasnije se pridružilo i dramsko prikazivanje i gladijatorske borbe. — *faceret,* to je tehnički naziv za »dati, prirediti« igre narodu. — 58. *de vectigalibus,* ovdje muškog roda: *vectigales = tributarii, stipendiarii.* — *generatim... discripto:* određenom po vrstama na staleže i dob (sc. građana). — *dicant vel Græci... vel nostri... anteponant.* —

curgum et Solonem — quamquam illos quidem censemus in
numero eloquentium reponendos — scisse melius quam Hyperi-
dem aut Demosthenem, perfectos iam homines in dicendo et
perpolitos, vel nostri decemviros, qui XII tabulas perscripse-
rint, quos necesse est fuisse prudentes, anteponant in hoc ge-
nere et Ser. Galbae et socero tuo C. Laelio, quos constat di-
cendi gloria praestitisse; numquam enim negabo esse quasdam 59
artes proprias eorum, qui in his cognoscendis atque tractandis
studium suum omne posuerunt, sed oratorem plenum atque
perfectum esse eum, qui de omnibus rebus possit copiose varie-
que dicere. Etenim saepe in iis causis, quas omnes proprias 14
esse oratoribus confitentur, est aliquid, quod non ex usu fo-
rensi, quem solum oratoribus conceditis, sed ex obscuriore
aliqua scientia sit promendum atque adsumendum. Quaero 60
enim, num possit aut contra imperatorem aut pro imperatore
dici sine rei militaris usu aut saepe etiam sine regionum
terrestrium aut maritimarum scientia, num apud populum de
legibus iubendis aut vetandis, num in senatu de omni rei pu-
blicae genere dici sine summa rerum civilium cognitione et
prudentia, num admoveri possit oratio ad sensus animorum
atque motus vel inflammandos vel etiam extinguendos, quod
unum in oratore dominatur, sine diligentissima pervestiga-
tione earum omnium rationum, quae de naturis humani generis
ac moribus a philosophis explicantur. Atque haud scio an mi- 61
nus vobis hoc sim probaturus, equidem non dubitabo, quod
sentio, dicere: physica ista ipsa et mathematica et quae paulo

in hoc genere, u tom pogledu. — *præstitisse,* mjesto *excellere,* koji u klasičnoj prozi redovno nema perfekta: isticati se, odlikovati se. — 59. *quasdam artes,* nabrojene u 60 i dalje: vojništvo, politika, psihologija, etika, fizika, matematika, graditeljstvo, liječništvo. — *sed* sc. *dicam,* koje treba dodati iz prijašnjega *negabo.* — *plenum,* potpun. — *ex usu forensi,* iz prakse, iskustva na foru. — *adsumendum,* t. j. dodati znanju stečenu iskustvom na foru. — 60. *iubendis* i *vetandis* su tehnički izrazi, kad narod *prihvati* ili *zabaci* zakonski prijedlog. — *de omni rei publicæ genere,* o svim granama državne uprave. — *sine... cognitione et prudentia,* bez teoretskoga i praktičnog znanja. — *admoveri,* upotrijebiti se, služiti. — *sensus... motus,* čuvstva... strasti. — *quod unum... dominatur,* a samo je u tom snaga (upravo gospodstvo) govornikova ili samo to daje govorniku snagu. — *rationum,* načela, teorija. — *de naturis... ac moribus,* moglo bi se prevesti i ovako: svih psiholoških i moralnih teorija, što ih filozofi razvijaju o ljudskom rodu. — 61. *scientiæ sunt...*, *scientiæ* je genitiv posvojni.

ante ceterarum artium propria posuisti, scientiae sunt eorum,
qui illa profitentur; illustrare autem oratione si quis istas ipsas
62 artes velit, ad oratoris ei confugiendum est facultatem. Neque
enim, si Philonem illum architectum, qui Atheniensibus arma-
mentarium fecit, constat perdiserte populo rationem operis sui
reddidisse, existimandum est architecti potius artificio diser-
tum quam oratoris fuisse; nec, si huic M. Antonio pro Hermo-
doro fuisset de navalium opere dicendum, non, cum ab illo
causam didicisset, ipse ornate de alieno artificio copioseque di-
xisset. Neque vero Asclepiades, is, quo nos medico amicoque
usi sumus [tum eloquentia vincebat ceteros medicos], in eo
ipso, quod ornate dicebat, medicinae facultate utebatur, non
63 eloquentiae. Aque illud est probabilius neque tamen verum,
quod Socrates dicere solebat: omnes in eo, quod scirent, satis
esse eloquentes; illud verius: neque quemquam in eo disertum
esse posse, quod nesciat, neque, si optime sciat ignarusque est
faciendae ac poliendae orationis, diserte id ipsum, de quo sciat,
64 posse dicere. Quam ob rem, si quis universam et propriam
oratoris vim definire complectique volt, is orator erit mea sen-
tentia hoc tam gravi dignus nomine, qui, quaecumque res in-
ciderit, quae sit dictione explicanda, prudenter et composite
et ornate et memoriter dicet cum quadam actionis etiam digni-
65 tate. Sin cuipiam nimis infinitum videtur, quod ita posui 'qua-
cumque de re': licet hinc, quantum cuique videbitur, circum-
cidat atque amputet; tamen illud tenebo, si, quae ceteris in
artibus atque studiis sita sunt, orator ignoret tantumque ea

— 62. *armamentarium,* arsenal, koji je kasnije za Sule postradao od požara. — *artificio,* vještina, umijeće. — *huic,* jer je Antonije nazočan; naš, eto. — *quo nos medico amicoque usi sumus:* koji je bio moj liječnik i prijatelj. — *in eo ipso,* baš u tom. — 63. *probabilius,* prilično vjerojatno. — *dicere solebat,* v. Xenoph. Mem. IV. 6. 1. *Σωκράτης γὰρ τοὺς μὲν εἰδότας τί ἕκαστον εἴη τῶν ὄντων, ἐνόμιζε καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν ἐξηγεῖσθαι.* — *verius,* sc. *dixerim* ili *est.* — *ignarusque … faciendæ ac poliendæ orationis,* a ne zna sastaviti i izgladiti govor. — 64. *vim,* pojam; *universam et propriam,* uopće i napose, t. j. odrediti ga u čitavoj vrsti i čim se razlikuje od drugih stvari. — *res,* predmet, stvar. — *prudenter,* sa znanjem stvari, misli na prvi od pet dijelova govorništva *inventio; composite,* skladno, uređeno, misli: *collocatio; ornate,* kićeno: misli *elocutio; memoriter,* vjernom pameti, misli: *memoria,* a peti dio *actio* izrijekom spominje. — 65. *infinitum,* neodređen. — *posui,* ustvrditi. — *circumcidat atque amputet,* neka obreže i odreže (odsiječe), slika uzeta od vrtlarova rada. —

teneat, quae sunt in disceptationibus atque [in] usu forensi,
tamen his de rebus ipsis, si sit ei dicendum, cum cognorit ab
iis, qui tenent, quae sint in quaque re, multo oratorem melius
quam ipsos illos, quorum eae sint artes, esse dicturum. Ita, si 66
de re militari dicendum huic erit Sulpicio, quaeret a C. Mario,
affini nostro, et, cum acceperit, ita pronuntiabit, ut ipsi C.
Mario paene hic melius quam ipse illa scire videatur; sin de
iure civili, tecum communicabit, te, hominem prudentissimum
et peritissimum, in iis ipsis rebus, quas abs te didicerit, dicendi
arte superabit. Sin quae res inciderit, in qua de natura, de vitiis 67
hominum, de cupiditatibus, de modo, de continentia, de dolore,
de morte dicendum sit: forsitan, si ei sit visum — etsi haec
quidem nosse debet orator — cum Sex. Pompeio, erudito ho-
mine in philosophia, communicarit; hoc profecto efficiet, ut,
quamcumque rem a quoquo cognoverit, de ea multo dicat or-
natius quam ille ipse, unde cognorit. Sed si me audiet, quoniam 68
philosophia in tres partes est tributa, in naturae obscuritatem,
in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores: duo illa relin-
quamus atque largiamur inertiae nostrae; tertium vero, quod
semper oratoris fuit, nisi tenebimus, nihil oratori, in quo ma-
gnus esse possit, relinquemus. Quare hic locus de vita et mori- 69

tenebo, to ću ipak tvrditi, kod toga ću ostati. — *teneat,* znati. — poredaj: *tamen si sit ei dicendum de his ipsis rebus, multo melius esse dicturum oratorem, cum cognoverit ab iis, qui tenent, quæ sint in quaque re, quam ipsos illos, quorum eæ artes sint.* — *his de rebus ipsis,* t. j. ceteris de artibus atque studiis. — *oratorem* ponavlja poradi duljine perioda. — 66. *affini,* jer je sin Marijev bio Krasov pašanac, a obojica su imali za žene kćeri M. Scevole Augura; *affinitas* je svojta, t. j. rodbinstvo po ženidbi, a *cognatio* rodbinstvo po krvi. — *pronuntiabit,* govoriti, razlagati. — *communicabit; communicare cum aliquo,* svjetovati se s kim, porazgovoriti se s kim, obratiti se na koga. — *prudentissimum,* jer ima znanja; *peritissimum,* jer ga zna primijeniti, upotrijebiti. — *abs te,* jer je bio pravnik na glasu. — 67. *inciderit … sit visum … communicarit,* coni. potential. — *de modo,* o umjerenosti. — *continentia,* obuzdavanje samoga sebe. — *unde = ex quo.* — 68. *in tres partes,* t. j. u fiziku, dijalektiku i etiku. — *tributa,* rijetko u tom značenju mj. *distributa, divisa.* — *naturæ obscuritatem,* u tamnu prirodnu filozofiju. — *disserendi subtilitatem,* u oštroumnu dijalektiku; *vita matque mores,* hendiadyoin: praktičnu etiku. — *largiamur = condonemus,* prepustiti; *inertiæ* znači gotovo isto, što i *otium.* — *tenebimus,* v. 65. — 69. *locus,* v. 54. — *perdiscendus, per* pojačava značenje: izučiti, potpuno naučiti. — *inter doctos* kritici, rasudnici, koji umiju o umjetninama izreći vještački sud.

bus totus est oratori perdicscendus; cetera si non didicerit, tamen poterit, si quando opus erit, ornare dicendo, si modo ad eum erunt delata et ei tradita. Etenim si constat inter doctos hominem ignarum astrologiae ornatissimis atque optimis versibus, Aratum, de caelo stellisque dixisse; si de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum Nicandrum Colophonium poëtica quadam facultate, non rustica, scripsisse praeclare: quid est, cur non orator de rebus iis eloquentissime dicat, quas ad
70 certam causam tempusque cognorit? Est enim finitimus oratori poëta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius ac paene par; in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat ius suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate
71 et copia vagari, qua velit. Nam quod illud, Scaevola, negasti te fuisse laturum, nisi in meo regno esses, quod in omni genere sermonis, in omni parte humanitatis dixerim oratorem perfectum esse debere: numquam mehercule hoc dicerem, si
72 eum, quem fingo, me ipsum esse arbitrarer. Sed, ut solebat C. Lucilius saepe dicere — homo tibi subiratus, mihi propter eam ipsam causam minus, quam volebat, familiaris, sed tamen et doctus et perurbanus —, sic sentio neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus, quae sunt

— *astrologia,* astronomija; to je naziv u klasično doba mjesto *astronomia,* koja se uobičajila tek kasnije. — *rustica,* mj. *rustici hominis* poradi sklada s *poëtica.* — *ad certam causam tempusque,* za određenu stvar i zgodu, t. j. da ih upotrijebi u određenoj stvari i zgodi. — **70.** *numeris,* metrima. — *astrictior,* vezaniji; obojica treba da paze na ritam, a pjesnik još i na metar. — *verborum... licentia,* sloboda u porabi riječi ili smiona poraba riječi. — *ius,* povlastica, ovdje gotovo: područje. — *quominus,* poslije izrazâ, koji znače zapreku, a pojam zapreke nalazi se u *circumscribat* i *definiat.* — **71.** poredaj: *nam quod, Scævola, negasti te, nisi in meo regno* (područje) *esses, laturum fuisse illud, quod dixerim in omni genere sermonis, in omni parte humanitatis oratorem perfectum esse debere...; in meo regno:* Scevola je (I. 41.) odgovarajući Krasu bio rekao: *quod vero in extrema oratione quasi tuo iure sumpsisti, oratorem in omnis sermonis disputatione copiosissime versari posse, id, nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem* (ne bih bio podnio, trpio, t. j. protivio bih se bio), a ove riječi znače dvoje: da nijesmo ovdje u tvojoj kući, gdje si ti kao kralj, a mi tvoji gosti, ili u području govorništva, gdje si ti kralj, t. j. u prvom redu ti imaš ono golemo znanje, što ga tražiš od govornika. Kras je shvatio u ovom drugom značenju. — *in omni parte humanitatis,* u svakoj grani kulture. — **72.** *propter eam ipsam causam minus familiaris,* jer je Kras bio zet Scevolin,

libero dignae, perpolitus; quibus ipsis si in dicendo non utimur, tamen apparet atque extat, utrum simus earum rudes, an didicerimus. Ut qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione arti-
73 ficio proprio palaestrae, sed indicat ipse motus, didicerintne palaestram an nesciant, et qui aliquid fingunt, etsi tum pictura nihil utuntur, tamen, utrum sciant pingere an nesciant, non obscurum est: sic in orationibus hisce ipsis iudiciorum, contionum, senatus, etiamsi proprie ceterae non adhibeantur artes, tamen facile declaratur, utrum is, qui dicat, tantummodo in hoc declamatorio sit opere iactatus, an ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit'.

Scevola priznaje, da bi takav govornik, kad bi ga bilo, bio savršen, i ako ga ima, onda je to zacijelo Kras (**17,** 74—77). *Kras odbija tu pohvalu, jer je prije počeo u javnom životu raditi, nego je mogao sebi pribaviti potrebno znanje* (**17,** 78—**79**).

B. Mišljenje Antonijevo. Slaže se s Krasom, da je bolji govornik, koji je obrazovaniji, ali takav uzor teško je postići, a i strah ga je, da bi takav bio slabo prikladan za svakidašnju praksu. Razlaže, kako je o tom pitanju u Ateni raspravljao s filozofima i retorima. Filozofi su zahtijevali od govornika filozofijsku obrazovanost, a bez nje po njihovu razlaganju ni nema umijeća govora. S njima se slaže Antonije, a to je i napisao u knjižici, koja je protiv volje njegove došla i u javnost. Ističe, da savršena govornika još nije bilo, ali je uvjeren, da će ga kod Rimljana biti, ako to već nije Kras, koji se ovome uzoru bar približio (**18,** 80—**21,** 95). *Nato se raspređe razgovor između Sulpicija, Krasa, Kote i najposlije Kota zamoli Krasa, da im opširnije razloži svoje mišljenje o govorništvu, i pita ga, ima li teorije govorništva* (**21,** 96—**23,** 106).

Dio drugi. Što je govorniku potrebno? (**23,** 107—**61,** 262).

zato nije Lucilije s njim onako tijesno prijateljevao, kako bi bio htio, budući da su obojica jednako shvaćali kulturne i govorničke prilike. — *extat,* pokazuje se. — **73.** *pila ludunt.* Rimljani se rado igrali lopte na Martovu polju. — *artificio,* t. j. ne prave kretnje po pravilima, kako ih prave, kad se u palestri vježbaju. — *proprie,* neposredno. — *is, qui dicat,* govornik. — *in hoc declamatorio opere,* da bi se trudio samo oko ovoga deklamatorskog rada, t. j. kad uči samo besjediti govor, a to biva, ako nema više, opće naobrazbe. — *iactatus, iactari* je jače nego *versari:* truditi se oko čega. — *instructus,* upućen u...

A. Mišljenje Krasovo. Kras odgovara, da je ima, ali nije još znanstveno utvrđena. Ona sama, ma da je potrebna, ne može nikoga učiniti govornikom (**23**, 107—109). *Antonije se slaže s Krasom pa ga potiče, da razloži, što koristi govorniku više nego teorija* (**24**, 110). *Kras nabraja, što je potrebno: najprije prirođen dar, duševna gipkost, oštrina u iznalaženju, kićenost, pamćenje, a to se ne može naučiti umiješćem, to su prirodni darovi. Onda treba jezična okretnost, glas, krepka pluća, pristao stas. Kad govornik započne govoriti, treba da se pokaže bojazljiv, smeten, blijed, a besraman je, tko odvažno započinje govoriti. Što je tko bolji govornik, to se više boji teškoga govora i kako će uspjeti i što će ljudi reći. Njemu se to samomu dogodilo na sudu, da je na početku govora tako klonuo, te je pretor odgodio raspravu* (**24**, 111—**26**, 121). *Antonije navodi dva razloga toj neodlučnosti i bojazljivosti na početku govora, jedan je strah, da ne će polučiti uspjeh, za kojim ide, drugi, što govorniku oštrije sude nego drugim ljudima, koje, kad što pogriješe, ispričavaju zdravljem ili čim drugim, a za govornika odmah kažu, da ne zna. Slaže se s Krasom, da govornik ne će moći naučiti od učitelja, što mu je potrebno, ako nema prirođenih darova, Apolonije je učio govorništvo za plaću, ali bi otpravio onoga, koji po njegovu mišljenju ne će moći biti govornik. Od govornika se traži dijalektična oštrina, filozofijske misli, govor gotovo pjesnički, pamćenje zakona kao od pravnika, glas kao od glumca u tragedijama, kretnje kao od glumca uopće* (**27**, 122—**28**, 128). *Kras se slaže* (**28**, 129—130). *Sulpicije izvodi, da bi se potom on i Kota morali odreći govorništva, ali ih Kras sokoli, jer u njih ima sposobnosti. Nastavljajući kaže Kras, da su govorniku potrebne marljivost i oduševljena ljubav. On će im kazati, kako je sam nekada radio, a to Sulpicija vanredno veseli* (**29**, 131—**30**, 136).

31
137 Tum Crassus: 'Atqui arbitror, Sulpici, cum audieris, non tam te haec admiraturum, quae dixero, quam existimaturum tum, cum ea audire cupiebas, causam, cur cuperes, non fuisse. Nihil enim dicam reconditum, nihil expectatione vestra dignum,

---

137. *principio,* adverb. prvo. — *contrita* znači, da se nešto dugom porabom istrošilo: poznat, jer se učili u retorskim školama. — 138. *de infinitæ rei quæstione,* t. j. *quæstio infinita* (*θέσις*), t. j. opća neodređena pitanja bez obzira na određena lica ili na određeno vrijeme, na pr. o dobru, o zlu, o kre-

nihil aut inauditum vobis aut cuiquam novum. Nam principio,
id quod est homine ingenuo liberaliterque educato dignum, non
negabo me ista omnium communia et contrita praecepta didicisse:
primum oratoris officium esse dicere ad persuadendum 138
accomodate; deinde esse omnem orationem aut de infinitae rei
quaestione sine designatione personarum aut temporum aut de
re certis in personis ac temporibus locata. In utraque autem 139
re quicquid in controversiam veniat, in eo quaeri solere aut factumme
sit, aut, si est factum, quale sit, aut etiam quo nomine
vocetur, aut, quod non nulli addunt, rectene factum esse videatur.
Existere autem controversias etiam ex scripti interpreta- 140
tione, in quo aut ambigue, quid sit scriptum aut contrarie aut
ita, ut a sententia scriptura dissentiat; his autem omnibus
partibus subiecta quaedam esse argumenta propria. Sed cau- 141
sarum, quae sint a communi quaestione seiunctae, partim in
iudiciis versari, partim in deliberationibus; esse etiam genus
tertium, quod in laudandis aut vituperandis hominibus poneretur;
certosque esse locos, quibus in iudiciis uteremur, in quibus
aequitas quaereretur; alios in deliberationibus, quae omnes ad

---

postu; Ciceron ih zove i *consultationes,* v. sprijeda: Nacrt retorike. — *de re certis in personis ac temporibus locata,* t. j. *quæstio finita* (*ὑπόθεσις,* causa, controversia), t. j. pitanja o konkretnom, zbiljskom događaju. — **139.** *in utraque re,* u obadvjema vrstama. — *quæri solere,* t. j. najprije se ispituje predmet, o kojem se raspravlja. Ciceron pripisuje neodređenim pitanjima, što se zapravo radilo samo kod određenih pitanja. Tako Kras riječima *quæri solere . . .* misli *constitutio causæ* ili *status,* a to pripada sudbenomu govorništvu. Kras spominje ovdje različne vrste *constitutionis:* 1. coniecturalis, kad se pita, je li se neki događaj dogodio (factumne sit); 2. generalis ili qualitatis (cum qualis sit res quæritur, quia et de vi et de genere negotii controversia est); 3. *definitiva* (quo nomine vocetur: »cum nominis controversia est, quia vis vocabuli definienda est); 4. iuridicialis (koju samo neki napose razlikuju), t. j. cum factum convenit, sed iure an iniuria factum sit, quæritur. Neki su dodavali 5. constitutio translativa, je li tužba pred pravim sucem, je li tužitelj pravi, ali te Kras ovdje ne spominje. — **140.** Iz tumačenja zakona (ex scripti interpretatione) nastaju *quæstiones legales;* ili je koje mjesto dvoumno *(ambigue scriptum),* ili je proturječje između različnih mjesta u zakonu (*contrarie scriptum),* ili se slovo zakona protivi namjeri zakonodavčevoj *(a sententia scriptura dissentiat); scriptura,* tekst, slovo zakona. — **141.** *quæ . . . seiunctæ,* t. j. *causae finitae,* v. 138.; *in iudiciis,* misli *genus iudiciale; in deliberationibus,* t. j. *genus deliberativum* ili *suasorium; genus tertium,* t. j. *demonstrativum.* — *locos; loci* su izvori dokaza, o kojima radi Topica. — *in quibus* se odnosi na *in iudiciis.* —

utilitatem dirigerentur eorum, quibus consilium daremus; alios
item in laudationibus, in quibus ad personarum dignitatem
142 omnia referrentur. Cumque esset omnis oratoris vis ac facultas
in quinque partes distributa, ut deberet reperire primum, quid
diceret, deinde inventa non solum ordine, sed etiam momento
quodam atque iudicio dispensare atque componere, tum ea
denique vestire atque ornare oratione, post memoria saepire,
143 ad extremum agere cum dignitate ac venustate: etiam illa co-
gnoram et acceperam, ante quam de re diceremus, initio con-
ciliandos eorum esse animos, qui audirent; deinde rem demon-
strandam; postea controversiam constituendam; tum id quod
nos intenderemus, confirmandum; post, quae contra dicerentur,
refellenda; extrema autem oratione ea, quae pro nobis essent,
amplificanda et augenda, quaeque essent pro adversariis, infir-
32 144 manda atque frangenda. Audieram etiam, quae de orationis
ipsius ornamentis traderentur: in quo praecipitur primum, ut
pure et Latine loquamur, deinde, ut plane et dilucide, tum, ut
ornate, post ad rerum dignitatem apte et quasi decore; singu-
145 larumque rerum praecepta cognoram. Quin etiam, quae ma-
xime propria essent naturae, tamen his ipsis artem adhiberi
videram; nam de actione et de memoria quaedam brevia, sed
magna cum exercitatione praecepta gustaram. In his enim fere
rebus omnis istorum artificum doctrina versatur; quam ego si
nihil dicam adiuvare, mentiar. Habet enim quaedam quasi ad
commonendum oratorem, quo quidque referat et quo intuens

---

142. *vis ac facultas,* snaga i sposobnost. — *in quinque partes...: inventio, dispositio, elocutio, memoria, actio.* — *momento,* upravo: pretega, onda: važnost. — *iudicio:* rasudivanje. — *agere,* besjediti. — **143.** *qui audirent,* slušaoci; ovdje opisuje dijelove govora: *exordium, narratio, propositio (controversiam constituendam:* odrediti prijepor), *probatio, refutatio, peroratio.* — **144.** *Latine,* pregnantno: dobro latinski. — *quasi* opravdava smjelu porabu priloga *decore,* jer je Ciceron prvi izricao grč. πρέπον s *decorum;* isp. Or. 70: πρέπον *appellant hoc Græci; nos dicamus sane decorum.* — *singularum rerum,* za ove stvari i to za svaku napose, za sebe. — 145. *quæ,* t. j. *actio* i *memoria.* — *naturæ,* prirodni dar. — *brevia... præcepta,* jer se ovo ne može učiti, ali zato iziskuje mnogo vježbe. — *in his... rebus,* ne samo ova dva dijela govorništva, sada spomenuta, nego i ostali od 141 dalje spomenuti. — *artificum,* nije ovdje umjetnik, nego (isp. *ars,* τέχνη, knjiga o govorničkoj teoriji) pisac naučnih knjiga o govorništvu, teoretik. — *quædam quasi ad commonendum,* neke tako reći upute govorniku, kamo treba da smjera sa svakom stvari, t. j. da ne izgubi s vida

ab eo, quodcumque sibi proposuerit, minus aberret. Verum ego 146
hanc vim intellego esse in praeceptis omnibus, non ut ea secuti
oratores eloquentiae laudem sint adepti, sed, quae sua sponte
homines eloquentes facerent, ea quosdam observasse atque id
egisse; sic esse non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex
eloquentia natum; quod tamen, ut ante dixi, non eicio; est
enim, etiamsi minus necessarium ad bene dicendum, tamen ad
cognoscendum non illiberale. Et exercitatio quaedam susci- 147
pienda vobis est — quamquam vos quidem iam pridem estis in
cursu —, sed iis, qui ingrediuntur in stadium, quique ea quae
agenda sunt in foro tamquam in acie, possunt etiam nunc exer-
citatione quasi ludicra praediscere ac meditari'.

'Hanc ipsam', inquit Sulpicius, 'nosse volumus; ac tamen 148
ista, quae abs te breviter de arte decursa sunt, audire cupimus,
quamquam sunt nobis quoque non inaudita. Verum illa mox;
nunc, de ipsa exercitatione quid sentias, quaerimus.'

'Equidem probo ista', Crassus inquit, 'quare vos facere 33 149
soletis, ut, causa aliqua posita consimili causarum earum, quae
in forum deferuntur, dicatis quam maxime ad veritatem accom-
modate; sed plerique in hoc vocem modo, neque eam scienter,
et vires exercent suas et linguae celeritatem incitant verbo-

---

predmet, o kom govori. — *ab eo,* misli se: cilj, kako se razabira iz: *quodcumque sibi proposuerit.* — **146.** *vim esse = effici,* a od tog zavisi *non ut...,* ali mjesto da dalje bude: *ut... observaverint atque id egerint,* Ciceron meće acc. c. inf. imajući pred očima *intellego;* — *sua sponte,* sami od sebe, t. j. bez ikakve vanjske pobude, bez teorije. — *artificio,* teorija. — *quod,* t. j. artificium. — *eicio* (kao i *explodere*) znači u kazališnom govoru: zviždanjem otjerati glumca s pozornice, ovdje: zabacivati. — *non illiberale,* nije neizdašna, t. j. ipak daje čovjeku neku korist. — **147.** s *quamquam* se ispravlja, jer Sulpicije i Kota *(vobis)* nisu više početnici, oni su već *in cursu,* u trci, usred trke, t. j. oni već trče, utrkuju se; ako to dakle ne vrijedi za njih, vrijedi za one, *qui ingrediuntur in stadium,* t. j. koji sada ulaze u trkalište: početnici su. Rukopisi imaju doduše *studium* mjesto *stadium,* ali metafora *in cursu* očitu iziskuje, da bude *in stadium.* — *in acie... exercitatione quasi ludicra,* metafora uzeta od gladijatorskih igara; *acies* je prava borba, a *exercitatio ludicra* je vježba kao priprava za borbu, *quasi in ludo gladiatorio,* u gladijatorskoj školi. Dok se *in acie* bore pravim oružjem, u školi se vježbaju za borbu drvenim oružjem ili oružjem, koje nije oštro. — *meditari,* vježbati se. — **148.** *hanc ipsam,* sc. *exercitationem.* — *illa,* t. j. *de arte,* o tom govori kasnije Antonije 209. i d. — **149.** *ut,* eksplikativno k *ista, quæ... soletis.* — *posita,* postaviti na raspravljanje. — *deferuntur,* prijedlogom *de-* zorno se ističe, da je for dolje u nizini (između Kapitolija i Pa-

rumque frequentia delectantur. In quo fallit eos, quod audie-
150 runt, dicendo homines, ut dicant, efficere solere. Vere enim
etiam illud dicitur, perverse dicere homines perverse dicendo
facillime consequi. Quam ob rem in istis ipsis exercitationibus,
etsi utile est etiam subito saepe dicere, tamen illud utilius,
sumpto spatio ad cogitandum paratius atque accuratius dicere.
Caput autem est, quod, ut vere dicam, minime facimus — est
enim magni laboris, quem plerique fugimus —, quam plurimum
scribere. Stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac
magister; neque iniuria. Nam si subitam et fortuitam orationem
commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto assi-
151 dua ac diligens scriptura superabit. Omnes enim sive artis sunt
loci sive ingenii cuiusdam ac prudentiae, qui modo insunt in ea
re, de qua scribimus, anquirentibus nobis omnique acie ingenii
contemplantibus ostendunt se et occurrunt; omnesque senten-
tiae verbaque omnia, quae sunt cuiusque generis maxime illu-
stria, sub acumen stili subeant et succedant necesse est; tum
ipsa collocatio conformatioque verborum perficitur in scri-
bendo, non poëtico, sed quodam oratorio numero et modo.
152 Haec sunt, quae clamores et admirationes in bonis oratoribus
efficiunt; neque ea quisquam, nisi diu multumque scriptitarit,

latina). — *ad veritatem,* t. j. zbilja, zbiljski život. — *quod audierunt,* t. j. grčku rečenicu; *ἐκ τοῦ λέγειν τὸ λέγειν πορίζεται,* besjedeći ljudi postižu, da mogu besjediti, t. j. besjedeći postaju govornici. — **150.** *perverse dicere* je objekt infinitivu *consequi,* grčka konstrukcija, mjesto *consequi ut.* — *subito dicere* smjesta, t. j. bez priprave govoriti. — *caput,* glavno je. — *est magni . . . laboris,* iziskuje mnogo truda. — *stilus,* pisaljka, a metonimički znači vježbanje u pisanju, mi: *pero;* rečenica je po svoj prilici bila poslovična, jer nema kopule *est.* — *neque iniuria,* i s pravom. — *subitam et fortuitam orationem,* govor izrečen smjesta i bez priprave. — *commentatio,* priprava. — *scriptura,* pisanje. Misao je ovo: govor izrečen bez priprave lako će nadvisiti govor izrečen s pripravom i razmišljanjem, a ovaj će opet preteći govor pomnjivo i marljivo napisan. — **151.** *artis loci,* izvori dokaza, što ih daje teorija, t. j. topica; *ingenii,* oštroumlje; *prudentiæ,* znanje, koje je plod iskustva: iskustvo. — *occurrunt,* nameću se. — *sententiæ verbaque . . . quæ sunt . . . illustria,* su *lumina sententiarum et verborum,* o kojima govori III. 20. — *sub acumen stili,* upravo: pod šiljak pisaljke, mi: u pero. — *succedere,* dolaziti jedan za drugim; značenje njegovo možemo u prijevodu izreći samo s: jedne za drugima kao dopunu radnji sadržanoj u *subeant.* — *conformatio,* sastav, sklop. — **152.** *clamores et admirationes,* klicanje i izrazi divljenja ili glasno iskazivanje divljenja. — *scribendi consuetudo,* vježbanje u pisanju. — *scriptum attulerit aliquid,* donese na govornicu što na-

etiamsi vehementissime se in his subitis dictionibus exercuerit,
consequetur. Et qui a scribendi consuetudine ad dicendum
venit, hanc affert facultatem, ut, etiam subito si dicat,
tamen illa, quae dicantur, similia scriptorum esse videantur;
atque etiam, si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid,
cum ab eo discesserit, reliqua similis oratio consequetur. Ut 153
concitato navigio, cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa
navis motum et cursum suum intermisso impetu pulsuque remo-
rum, sic in oratione perpetua, cum scripta deficiunt, parem
tamen obtinet oratio reliqua, cursum scriptorum similitudine et
vi concitata. In cotidianis autem commentationibus equidem 34 154
mihi adulescentulus proponere solebam illam exercitationem
maxime, qua C. Carbonem, nostrum illum inimicum, solitum
esse uti sciebam: ut aut versibus propositis quam maxime gra-
vibus aut oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria
possem comprehendere, eam rem ipsam, quam legissem, verbis
aliis quam maxime possem lectis pronuntiarem. Sed post ani-
madverti hoc esse in hoc vitii, quod ea verba, quae maxime
cuiusqe rei propria quaeque essent ornatissima atque optima,
occupasset aut Ennius, si ad eius versus me exercerem, aut
Gracchus, si eius orationem mihi forte proposuissem: ita, si

pisano, t. j. koncept govora ili bar najznatnijih dijelova njegovih. — *cum ab eo discesserit,* kad se od koncepta udalji, ostali će govor slično teći *(consequetur* kao jednostavno *sequetur).* — **153.** *concitato navigio,* kad brod leti, brzo plovi, a veslači prestanu veslati; *inhibuerunt* znači u mornarskom govoru upravo: natraške veslati, ali kad je Ciceron to pisao, nije još znao pravo značenje ovog mornarskog naziva, kako je 10 godina kasnije sam priznao u listu Atiku (13, 21. 4.), gdje značenje za to mjesto izriče sa *sustinere remos,* a *inhibere* tumači: *alio modo remigant,* t. j. *in contrariam partem.* Zato nije pravo zabilježeno u školskom rječniku, da *inhibuerunt* na tom mjestu znači: veslima zaustaviti brod, jer *sustinere remos* znači dignuti vesla u vis, t. j. prestati veslati, kako to pokazuju i riječi *intermisso impetu pulsuque remorum.* — *ipsa,* sama od sebe. — *impetu pulsuque remorum,* zamah i udaranje vesala; zgodnije bi bilo prevesti nešto slobodnije: ma da su vesla prestala davati joj zamah i tjerati je. — *perpetua,* neprekinut; u suvislu govoru. — *cum scripta deficiunt,* gdje ponestane koncepta. — *concitata* spoji s *oratio; oratio reliqua:* još preostali dio govora, koji se govori bez priprave, bez koncepta. — **154.** *commentationibus,* govorničke vježbe (grč. *μελετήματα)* kao priprava za govorničko zvanje. — *ad eum finem,* dotle, dokle je mogao pamćenjem obuhvatiti, t. j. tako opsežne, da ih je

iisdem verbis uterer, nihil prodesse, si aliis, etiam obesse, cum
155 minus idoneis uti consuescerem. Postea mihi placuit, eoque
sum usus adulescens, ut summorum oratorum Graecas oratio-
nes explicarem. Quibus lectis hoc assequebar, ut, cum ea, quae
legeram Graece, Latine redderem, non solum optimis verbis
uterer et tamen usitatis, sed etiam exprimerem quaedam verba
imitando, quae nova nostris essent, dum modo essent idonea.
156 Iam vocis et spiritus et totius corporis et ipsius linguae motus
et exercitationes non tam artis indigent quam laboris; quibus
in rebus habenda est ratio diligenter, quos imitemur, quorum
similes velimus esse. Intuendi nobis sunt non solum oratores,
sed etiam actores, ne mala consuetudine ad aliquam deformi-
157 tatem pravitatemque veniamus. Exercenda est etiam memoria
ediscendis ad verbum quam plurimis et nostris scriptis et
alienis. Atque in ea exercitatione non sane mihi displicet ad-
hibere, si consueris, etiam istam locorum simulacrorumque
rationem, quae in arte traditur. Educenda deinde dictio est ex
hac domestica exercitatione et umbratili medium in agmen, in
pulverem, in clamorem, in castra atque in aciem forensem; su-
beundus visus omnium et periclitandae vires ingenii, et illa

pamćenje još moglo obuhvatiti. — *lectis,* biran. — *hoc* ... to je zlo, ta je neprilika. — *occupasset,* prije upotrijebiti. — *Gracchus* sc. *Caius.* — *ita,* sc. *animadverti.* — 155. *explicarem,* slobodno prevoditi. — *exprimerem,* stvarati, kovati. — *imitando,* nasljedovanjem, t. j. po analogiji, kao na pr. *ποιότης qualitas, ἄτομον* individuum i t. d. — *quæ nova essent,* koje su mogle biti nove za naše ljude. — 156. *quos imitemur,* zavisno pitanje. — *ne* ... *veniamus,* da ne bismo zapali. — *ad aliquam deformitatem et pravitatem,* u nagrdne i nakazne kretnje, ili sve zajedno: da se zlo ne priviknemo nagrdnim i nakaznim kretnjama. — 157. *ediscendis ad verbum,* učiti na izust od riječi do riječi. — *adhibere,* upotrebljavati. — *si consueris (= consueveris),* ako si navikao; tim hoće da rekne, da mnemonika iziskuje mnogo vremena i vježbe. — *istam locorum simulacrorumque rationem:* nauku o mjestima i slikama, t. j. misli vezati za neka mjesta i slike: mnemonika, koja se predaje *(traditur)* u sistematskoj naučnoj knjizi *(arte).* — *educenda,* Kras shvaća pripravu za govorničko znanje šire nego grčki retori, jer drži, da je praksa najbolja škola; *dictio,* govorništvo je ovdje personificirano. — *umbratilis,* školski. — *in medium agmen,* usred mnoštva, t. j. na foru. — *in pulverem, in clamorem, in castra atque in aciem forensem,* izrazi uzeti od vojništva, znače vrevu, buku, borbu naroda na foru, kad se raspravljaju znatna pitanja. — *subeundus visus,* izvrći se pogledu svijeta. — *inclusa,* t. j. zatvorena među četiri zida; *veritatis,* zbilja, zbiljski život.

commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. Legendi 158
etiam poëtae, cognoscendae historiae, omnium bonarum artium
doctores atque scriptores et legendi et pervolutandi et exerci-
tationis causa laudandi, interpretandi, corrigendi, vituperandi,
refellendi; disputandumque de omni re in contrarias partes et,
quicquid erit in quaque re, quod probabile videri possit, elicien-
dum [atque dicendum]; perdiscendum ius civile, cognoscendae 159
leges, percipienda omnis antiquitas, senatoria consuetudo, disci-
plina rei publicae, iura sociorum, foedera, pactiones, causa im-
perii cognoscenda est; libandus est etiam ex omni genere ur-
banitatis facetiarum quidam lepos, quo tamquam sale persper-
gatur omnis oratio. Effudi vobis omnia, quae sentiebam, quae
fortasse, quemcumque patrem familias arripuissetis ex aliquo
circulo, eadem vobis percontantibus respondisse.'

Razvije se razgovor između Scevole, Kote, Krasa (**35,** 160—**36,** 167). *Nato Kras na molbu razvija, kako je govorniku potrebno znanje građanskoga prava. Sramota je preuzeti obranu na sudu, a ne poznavati građansko pravo: to se osvjetljuje primjerima. Takvi branitelji mogu svojim klijentima veoma škoditi. Zato se ne smije nitko kloniti truda, što ga iziskuje učenje prava, koje je i izvor rodoljubnog čustva, jer njihovo pravo nadvisuje pravo svih drugih naroda i donosi ugled i časti. Govornik, koji govori o državnim stvarima, treba poznavati i državno pravo i povijest* (**36,** 167—**46,** 203). *Razgovor između Scevole, Sulpicija, Krasa, Antonija, za kojega Kras zamoli Antonija, da razloži svoje mišljenje. Antonije odgovara, da im ne će govoriti o umijeću, jer ga nije nikada učio, nego o svojoj praksi* (**47,** 204—**48,** 209).

B. Mišljenje Antonijevo. Polazeći od definicije vojskovođe, državnika, pravnika i dr. Antonije daje definiciju govornika:

— 158. *in contrarias partes,* kao filozofi akademici, koji su običavali o svakoj stvari raspravljati tako, da su govorili za nju i protiv nje. — *in quaque re,* u svakom predmetu. — *eliciendum,* to je naziv za metodu peripatetičke filozofije, da se u svakoj stvari nađe, što je vjerojatno. — 159. *senatoria consuetudo,* t. j. red, poslovanje, kojega se senat po običaju drži; isporedi za to list Plinijev VIII. 14. — *disciplina rei publicæ,* državni ustav. — *causa imperii,* korist vlasti (sc. rimske) ili vanjska politika. — *ex omni genere,* iz svakog područja. — *libare,* okusiti, ali birajući uvijek ono, što je najbolje. — *urbanitatis,* izobraženost. — *effudi,* upravo: izasuti, ovdje: izreći, iskazati. — *patrem familias,* otac, t. j. svaki nestručnjak. — *circulo,* kolo, društvo.

eum puto esse, qui et verbis ad audiendum iucundis et sententiis ad probandum accommodatis uti possit in causis forensibus atque communibus. Hunc ego appello oratorem eumque esse praeterea instructum voce et actione et lepore quodam volo.

Kras bi htio, da govornici upravljaju državama, a Antonije pokazuje primjerima iz rimskoga života, da su neki ljudi bili izvrsni državnici, a nisu bili govornici. Drži, da govorniku nije potrebno dublje proučavanje filozofije, jer drukčije govori govornik, drukčije filozof, a nije mu potrebno ni znanje građanskoga prava. To znanje nije ni lako ni ugodno, pa ako donekle i koristi, ne treba se govornik njime osobito baviti; za starost je teret, a ne korist. I druge nauke, što ih Kras traži od govornika, nisu potrebne u velikom opsegu, govornik će se s njima upoznati, koliko mu trebaju u pojedinim slučajevima (**49,** 210—**61,** 259).

61
260 'Ergo, ut ad primum illud revertar, sit orator nobis is, qui, ut Crassus descripsit, accomodate ad persuadendum possit dicere. Is autem concludatur in ea, quae sunt in usu civitatum volgari ac forensi, remotisque ceteris studiis, quamvis ea sint ampla atque praeclara, in hoc uno opere, ut ita dicam, noctes et dies urgeatur; imiteturque illum, cui sine dubio summa vis dicendi conceditur, Atheniensem Demosthenem, in quo tantum studium fuisse tantusque labor dicitur, ut primum impedimenta naturae diligentia industriaque superaret; cumque ita balbus esset, ut eius ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius esse locutus
261 putaretur; deinde cum spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est assecutus, ut una continuatione verborum, id quod eius scripta declarant, binae ei contentiones vocis et remissiones continerentur; qui etiam, ut memoriae proditum est, coniectis in os calculis summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat, neque is consistens in loco, sed inambulans atque ascensu ingrediens

260. Antonije je u ove riječi, što slijede, ukratko zbio svoje dosadašnje razlaganje. — *ad illud primum,* t. j. odakle je počeo. — *descripsit,* opisao, odredio. — *concludatur,* neka se stegne na...; *urgeri,* s velikom se pomnjom čim baviti. — **261.** *primam litteram,* t. j. r (τῆς ῥητορικῆς, sc. τέχνης). — *planius:* razgovijetan, jasan. — *spiritus... angustior,* disanje prilično kratko, dah prilično kratak. — *continenda anima,* zadržavajući dah u sebi. — *continuatio*

arduo. Hisce ego cohortationibus, Crasse, ad studium et ad 262 laborem incitandos iuvenes vehementer assentior; cetera, quae collegisti ex variis et diversis studiis et artibus, tametsi ipse es omnia consecutus, tamen ab oratoris proprio officio atque munere seiuncta esse arbitror'.

Epilog. Kras ističe, da Antonije prikazuje govornika kao nadničara, ali on ga pomišlja većim. Kad je Antonije tako suzio djelokrug govornikov, poziva ga, da im razloži, koje su dužnosti govornikove i kojih se propisa mora govornik držati. Ali to će im sjutradan razložiti. Scevola žali, što sjutra ne će moći slušati Antonija, jer mora otići (**62,** 262—265).

LIBER SECUNDUS

Predgovor. Ciceron pobija rašireno mišljenje, da Kras i Antonije nisu imali dublje stručne naobrazbe. Dokaz je dijalog o govorništvu, koji će u ovoj knjizi prikazati (**1,** 1—**3,** 11).

Uvod. Drugoga dana ujutru dođu ka Krasu Kv. Lutacije Katul i C. Julije Cezar Strabon. Scevola ih je obavijestio o jučerašnjem razgovoru i rekao im, da je znatan dio rasprave odgođen na taj dan. Došli su, da čuju Krasa govoriti o govorništvu. Poslije kratka zanimljiva razgovora zamole Antonija, da raspravljanje nastavi (**3,** 12—**7,** 28).

Tractatio. Dio prvi. O invenciji. U šali Antonije kaže, da će im biti učiteljem onoga, što sam nije učio (**7,** 28—**8,** 31). *Hvali govorništvo* (**8,** 32—**9,** 38). *Razgovor između Katula, Krasa, Antonija. Kras ističe, da Antonije danas drukčije govori nego što je juče govorio, a Antonije odvraća, da se juče samo onako protivio Kras, a sad će razložiti, što misli* (**10,** 39—40). *Dvije su vrste pitanja, kojima se govorništvo bavi: genus infinitum i certum (causae infinitae i finitae). Govorništvo steže samo na genus iudiciale i deliberativum, a isključuje demonstrativum, o kojem*

verborum, period. — *binæ:* dok period redovno obuhvaća jednu *contentio* (dizanje) i jednu *remissio* (spuštanje) glasa. — *summa voce,* veoma visokim, jakim glasom. — *uno spiritu,* bez oduška, na jedan dušak. — *neque is* (pozitivno *atque is),* i to ne. — *ascensu ingrediens arduo,* abl. smjera: hodajući strmom uzbrdicom. — **262.** *assentior,* sc. *tibi; incitandos,* sc. *esse.* — *proprio...* od prave zadaće govornikove.

ne treba napose govoriti. Svrnuvši govor na historiografiju ukratko prikazuje razvitak njezin kod Grka i Rimljana (**10**, 41—**15**, 64). *Onome, čemu ne treba u teoriji govorništva osobitih propisa, pripadaju i quaestiones infinitae, jer tko zna govoriti o onom, što je teže, moći će govoriti i o onom, što je lakše, a quaestiones infinitae su lakše od quaestiones finitae* (**15**, 65—**17**, 73). *Katul želi, da Antonije poda propise, ali ne školske, nepraktične grčkih retora* (**18**, 74). *To razjašnjuje ovim primjerom* (**18**, 75—76):

18
75 Nec mihi opus est Graeco aliquo doctore, qui mihi pervulgata praecepta decantet, cum ipse numquam forum, numquam ullum iudicium aspexerit; ut Peripateticus ille dicitur Phormio, cum Hannibal Carthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venisset exsul proque eo, quod eius nomen erat magna apud omnes gloria, invitatus esset ab hospitibus suis, ut eum, quem dixi, si vellet, audiret; cumque is se non nolle dixisset: locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de imperatoris officio et de omni re militari. Tum, cum ceteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quaerebant ab Hannibale, quidnam ipse de illo philosopho iudicaret. Hic Poenus non optime Graece, sed tamen libere respondisse fertur, multos se deliros senes saepe vidisse, sed qui magis, quam Phormio deliraret, vidisse
76 neminem. Neque mehercule iniuria. Quid enim aut adrogantius aut loquacius fieri potuit quam Hannibali, qui tot annis de imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Graecum hominem, qui numquam hostem, numquam castra vidisset, numquam denique minimam partem ullius publici muneris attigisset, praecepta de re militari dare? Hoc mihi facere omnes isti, qui de arte dicendi praecipiunt, videntur; quod enim ipsi experti non sunt, id docent ceteros. Sed hoc minus fortasse errant, quod non te, ut Hannibalem ille, sed pueros aut adulescentulos docere conantur.

---

75. Katul želi znati, kojim se sredstvima postiže velika govornička vještina, kako ju je prije Antonije prikazao, a želi to znati ne zato, što bi mu to u praksi korisno bilo, jer on ide za drugim smjerom u govorništvu, nego iz radoznalosti. — *pro eo quod*, jer. — *de omni re militari*, o vojništvu uopće. — *qui illum audierant*, mj. *auditores*. — 76. poredaj: *quam Græcum hominem, qui... attigisset, præcepta de re militari dare Hannibali, qui... certasset.*

Antonije razlaže ukratko grčku teoriju govorništva (**18**, 77—**20**, 84), *onda prikazuje, što on iziskuje od govornika* (**20**, 85—87). *Treba sebi vrsna govornika uzeti za uzor, za kojim će se povoditi; onda se vježbati. Primjeri za to iz povijesti grčkoga govorništva, kojemu se karakter mijenjao prema različnim uzorima, u koje su se govornici ugledali. Vježbati se treba mnogo, osobito pismeno. Izuzeci su govornici, koji nisu imali uzora, a ipak su postali znatni.* (**21**, 88—**23**, 98). *Tko hoće da govori o kojoj stvari, treba da je temeljito pozna. On traži, da ga klijent njegov obavijesti i to nasamo, da slobodnije govori; Antonije se kod toga vlada kao protivnik, da ga prisili braniti se i sve iznijeti, što o svojoj stvari misli. Kad stvar dobro pozna, odmah zna, što je prijeporno* (status causae) *i o čem se radi: da li se što dogodilo, kakvo je, kako se zove. Kriminalne se stvari brane najviše nijekanjem. Više puta se ne radi o događaju, nego kakav je (da li je s pravom učinjen), a drugi put opet o nazivu njegovu. Kad je preuzeo parnicu i proučio je, mora nastojati, da dokaže, da je istinito, što brani* (probare), *da osvoji slušaoce* (conciliare), *da pobudi čustva* (movere). *Za dokazivanje služe mu dokazi; jedne ne izmišlja on, nego su u samoj stvari, kao: isprave, svjedočanstva, ugovori, zakoni itd., druge on sam iznalazi zaključivanjem i pretresanjem* (**24**, 99—**27**, 120). *Dalje raspravljanje o govorništvu Antonije hoće da podijeli tako, da bi on govornika, o kojem radi, stvorio, othranio i ojačao (t. j. inventio, collocatio, memoria), a Kras bi ga zaodjenuo i iskitio (t. j. elocutio, actio). Zametne se kratak razgovor između Krasa, Katula, Antonija* (**28**, 121—**29**, 127). *Antonije nastavlja: kako je govornikova zadaća, da ljude pridobije, da ih pouči i u njih pobudi čustva, to prvo iziskuje blag govor, drugo oštroumnost, treće snagu. Hoćemo li, da sudac sudi nama u prilog, treba ili da nam je voljom sklon ili da ga na to dovedemo dokazima ili da ga na to potakne čustvo. Govornik mora znati izvore dokazivanja, a ti će koristiti onomu, koji ima iskustva u javnom životu. Zato mu mora najprije biti stvar jasna, da zna, što treba dokazati, da li se radi o događaju ili o nazivu njegovu. To se razjašnjuje primjerom. Pojedini slučaj treba svesti na opće pitanje* (**29**, 128—**33**, 142). *Kratak razgovor između Katula, Antonija i Krasa* (**33**, 142—145). *Antonije nastavlja: govornik treba da shvati građu kojegod vrste uređenu po dokaznim izvorima i uvijek je*

ima gotovu. Takva građa daje sama po sebi riječi. Ovo oruđe općih pravnih pitanja treba da već donesemo na for, a ne da onda tek pretražujemo dokazne izvore, kad nam je koja stvar već predana. Za iznalaženje građe troje je potrebno: oštroumnost, znanje, koje ćemo zvati umiječem, i marljivost. Prvo mjesto pripada doduše prirođenom daru, ali je i marljivost veoma potrebna (**34,** 145—**35,** 151). *Katul opaža, da se Antonije u tom slaže s Aristotelom, a to potakne Antonija, da govori o svojem snošaju prema filozofiji; on nije uopće protiv nje, ali ne će, da se njom mnogo bavi pa zaključuje, da govornik može najviše koristi crpsti od akademika* (**36,** 152—**38,** 161). *Nato razvija topiku (izvore dokaza) navodeći za svaki slučaj po jedan primjer* (**39,** 162—**41,** 176). *Kako će pri tom postupati?* (**41,** 177). *Prelazi na* conciliatio *i razlaže, kako može govornik pridobiti slušaoce* (**42,** 178—181).

43
182 Valet igitur multum ad vincendum probari mores et instituta et facta et vitam eorum, qui agent causas, et eorum, pro quibus, et item improbari adversariorum, animosque eorum, apud quos agetur, conciliari quam maxime ad benevolentiam cum erga oratorem tum erga illum, pro quo dicet orator. Conciliantur autem animi dignitate hominis, rebus gestis, existimatione vitae; quae facilius ornari possunt, si modo sunt, quam fingi, si nulla sunt. Sed haec adiuvant in oratore: lenitas vocis, voltus pudor[is significatio], verborum comitas; si quid persequare acrius, ut invitus et coactus facere videare. Facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, pietatis, grati animi, non appetentis, non avidi signa proferre perutile est; eaque omnia, quae proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, valde benevolentiam conciliant abalienantque ab iis, in quibus haec non sunt. Itaque eadem
183 sunt in adversarios ex contrario conferenda; sed genus hoc totum orationis in iis causis excellit, in quibus minus potest

182. *Mores et instituta,* moralna načela; *facta,* rad, djelovanje; *vitam,* život uopće. — *conciliare,* skloniti na što. — *dignitate,* odgovara spomenutomu *mores et instituta; rebus gestis,* odgovara: *facta; existimatione vitæ: vitam.* — *ornare,* veličati. — *facilitatis,* ljubaznost. — *liberalitatis,* prijaznost. — *mansuetudinis,* umiljatost. — *pietatis,* osjećanje dužnosti. — *demissorum,* čedan. — *acerborum,* neprijazan, osoran. — *eadem ... ex contrario,* svojstva protivna ovima; *conferenda,* pripisivati komu što, kriviti koga čim, obasuti koga čim. — 183. *excellit,* ističe se, znatna je. — 184. *religiosos,* zdušan; *timidos,* čedan;

inflammari animus iudicis acri et vehementi quadam incitatione. Non enim semper fortis oratio quaeritur, sed saepe placida,
summissa, lenis, quae maxime commendat reos. Reos autem 184
appello non eos modo, qui arguuntur, sed omnes, quorum de re disceptatur; sic enim olim loquebantur. Horum igitur exprimere mores oratione iustos, integros, religiosos, timidos, perferentes iniuriarum mirum quiddam valet; et hoc vel in principiis vel in re narranda vel in perorando tantam habet vim, si est suaviter et cum sensu tractatum, ut saepe plus quam causa valeat. Tantum autem efficitur sensu quodam ac ratione dicendi, ut quasi mores oratoris effingat oratio; genere enim quodam sententiarum et genere verborum, adhibita etiam actione leni facilitatemque significanti efficitur, ut probi, ut bene
morati, ut boni viri esse videantur. Huic autem est illa dispar **44** 185
adiuncta ratio orationis, quae alio quodam genere mentes iudicum permovet impellitque, ut aut oderint aut diligant aut invideant aut salvum velint aut metuant aut sperent aut cupiant aut abhorreant aut laetentur aut maereant aut misereantur aut poenire velint aut ad eos motus deducantur, si qui finitimi sunt
et propinqui his ac talibus animi permotionibus. Atque illud 186
optandum est oratori, ut aliquam permotionem animorum sua sponte ipsi afferant ad causam iudices ad id, quod utilitas oratoris feret, accommodatam. Facilius est enim currentem, ut aiunt, incitare quam commovere languentem. Sin id aut non erit aut erit obscurius, sicut medico diligenti, priusquam conetur aegro adhibere medicinam, non solum morbus eius, cui mederi

perferentes iniuriarum, particip s genit. objektivnim. — *in perorando,* u zaglavku, na svršetku. — *cum sensu,* s čuvstvom, osjećanjem. — *sensu quodam ac ratione dicendi,* hendiadyoin: čuvstvenim i razumnim govorom. — *facilitatemque significanti,* koji pokazuje, odaje ljubaznost. — *probi, bene morati, boni,* gradacija. — 185. *ratio,* vrsta. — *genere = modo.* — *cupiant,* sc. *reo,* dobro željeti, naklon biti komu. — *abhorreant,* nesklon biti. — *pœnire* (isp. grčki ποινή) starinski oblik mjesto *punire.* — *si qui ...,* što ih je možda ... — 186. *feret,* iziskivati. — *languentem,* mlitav; mi bismo mogli reći: lakše je potjerati brza (vatrena) konja nego kljuse; *ut aiunt,* po poslovici grčkoj (Orat. 21): τὸν τρέχοντα παρορμᾶν, παρακαλεῖν τὸν σπεύδοντα, — *sin ... non erit,* t. j. *si nihil afferent.* — *adhibere,* dati. — *consuetudo valentis,* običan način življenja, kad je zdrav. — *gravi ad animos iudicum petractandos,* u kojoj se teško mogu predobiti suci ili u kojoj se teško može utjecati na suce. — *odorer ... sagacissime,*

volet, sed etiam consuetudo valentis et natura corporis cognos-
cenda est, sic equidem, cum aggredior in ancipiti causa et gravi
ad animos iudicum pertractandos, omni mente in ea cogitatione
curaque versor, ut odorer quam sagacissime possim, quid
sentiant, quid existiment, quid expectent, quid velint, quo
187 deduci oratione facillime posse videantur. Si se dant et, ut ante
dixi, sua sponte, quo impellimus, inclinant atque propendent,
accipio, quod datur, et ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela
do. Sin est integer quietusque iudex, plus est operis; sunt enim
omnia dicendo excitanda, nihil adiuvante natura. Sed tantam
vim habet illa, quae recte a bono poëta dicta est "flexanima
atque ómnium regína rerum orátio", ut non modo inclinantem
45 excipere aut stantem inclinare, sed etiam adversantem ac re-
188 pugnantem, ut imperator fortis ac bonus, capere possit. Haec
sunt illa, quae me ludens Crassus modo flagitabat, cum a me
divinitus tractari solere diceret et in causa M'. Aquilii Gaique
Norbani non nullisque aliis quasi praeclare acta laudaret; quae
mehercule ego, Crasse, cum a te tractantur in causis, horrere
soleo. Tanta vis amini, tantus impetus, tantus dolor oculis,
voltu, gestu, digito denique isto tuo significari solet; tantum est
flumen gravissimorum optimorumque verborum, tam integrae
sententiae, tam verae, tam novae, tam sine pigmentis fucoque
puerili, ut mihi non solum tu incendere iudicem, sed ipse ardere
videaris.

189 Neque fieri potest, ut doleat is, qui audit, ut oderit, ut
invideat, ut pertimescat aliquid, ut ad fletum misericordiamque
deducatur, nisi omnes illi motus, quos orator adhibere volet

---

slika uzeta od lovačkih pasa. — 187. *flatus ... vela do,* slika uzeta iz pomorskog života. — *integer,* nepristran. — *a bono poeta,* Pakuvije u Hermioni; taj trohejski septenar čitav glasi: *ó flexanima, atque ómnium regina rerum orátio.* — *excipere,* rukama uhvatiti, dočekati, tako da je onda tako reći moj, dok *stantem* znači isto, što prije spomenuto *sin ... integer quietusque.* — 188. *horrere soleo,* obično me srsi prolaze, hvataju. — *digito,* sc. *indice,* kažiprst, koji je Kras kao vatren govornik znao često dići. — *flumen,* bujica. — *integræ,* krepak. — *tam sine pigmentis fucoque puerili,* bez ličila i djetinskog lažljivog nakita (kojim su se nenaravno kitili sastavci u školama). — 189. *motus,* čuvstvo, ali poradi *impressi atque imusti* (žigosati) bolje je reći: znaci čuvstava; ovu misao nalazimo i u Hor., Ars poet. 102 i Quint. 6. 2. 26. — *dolor suscipiendus est,* podati se... — *imitatione simulatum;* je mjesto pasiva glag. *imi-*

iudici, in ipso oratore impressi esse atque inusti videbuntur.
Quodsi fictus aliqui dolor suscipiendus esset et si in eius modi
genere orationis nihil esset nisi falsum atque imitatione simu-
latum, maior ars aliqua forsitan esset requirenda. Nunc ego,
quid tibi, Crasse, quid ceteris accidat, nescio; de me autem
causa nulla est, cur apud homines prudentissimos atque ami-
cissimos mentiar; non mehercule umquam apud iudices aut
dolorem aut misericordiam aut invidiam aut odium dicendo
excitare volui, quin ipse in commovendis iudicibus iis ipsis
sensibus, ad quos illos adducere vellem, permoverer. Neque est 190
enim facile perficere, ut irascatur ei, cui tu velis, iudex, si tu
ipse id lente ferre videare; neque ut oderit eum, quem tu velis,
nisi te ipsum flagrantem odio ante viderit; neque ad miseri-
cordiam adducetur, nisi tu ei signa doloris tui verbis, sententiis,
voce, voltu, collacrimatione denique ostenderis. Ut enim nulla
materies tam facilis ad exardescendum est, quae nisi admoto
igni ignem concipere possit, sic nulla mens est tam ad compre-
hendendam vim oratoris parata, quae possit incendi, nisi ipse
inflammatus ad eam et ardens accesserit. Ac ne hoc forte 46
magnum ac mirabile esse videatur, hominem totiens irasci, 191
totiens dolere, totiens omni motu animi concitari, praesertim in
rebus alienis: magna vis est earum sententiarum atque eorum
locorum, quos agas tractesque dicendo, nihil ut opus sit simu-
latione et fallaciis. Ipsa enim natura orationis eius, quae susci-
pitur ad aliorum animos permovendos, oratorem ipsum magis
etiam quam quemquam eorum, qui audiunt, permovet. Et ne 192
hoc in causis, in iudiciis, in amicorum periculis, in concursu

---

tari. — *maior ...,* jer bi onda umijeće moralo da nadoknadi ono, što sada čini narav čuvstava. — *nunc ego,* znak da prelazi na zbiljski slučaj. — 190. *lente,* mirno, hladno. — *neque ... adducetur,* mijenja konstrukciju, jer je zapustio *ut,* pa je rečenicu učinio glavnom. — *collacrimatione,* u narodnim skupštinama i sudovima imale su suze veliku snagu, kako se više puta vidi iz Ciceronovih govora. — *facilis ad exardescendum,* upaliv; isp. Quint. XI. 3. 94: *nec incendit nisi ignis, nec madescimus nisi humore, nec res ulla dat alteri colorem, quem non ipsa habeat.* — *concipere ignem,* planuti, upaliti se. — *comprehendere vim,* prihvatiti žar govornikov. — 191. *ac ne ... magna vis est,* izostavljen je glagol, koji bi te dvije rečenice nekako vezao, na pr.: znajte, ističem ili što slično. — 192. *in causis, in iudiciis, in periculis,* to troje upozoruje na *genus iudiciale; in concursu ... in foro,* to troje na *genus deliberativum.* — *agitur ... existimatio,*

hominum, in civitate, in foro accidere miremur, cum agitur non
solum ingenii nostri existimatio — nam id esset levius; quam-
quam, cum professus sis te id posse facere, quod pauci, ne id
quidem neglegendum est; sed alia sunt maiora multo, fides,
officium, diligentia, quibus rebus adducti, etiam cum alienissi-
mos defendimus, tamen eos alienos, si ipsi viri boni volumus
193 haberi, existimare non possumus —, sed, ut dixi, ne hoc in
nobis mirum esse videatur, quid potest esse tam fictum quam
versus, quam scaena, quam fabulae? tamen in hoc genere saepe
ipse vidi, ut ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis
viderentur *e sponda* illa dicentis:

Ségregare abs te aúsu's aut sine íllo Salamina íngredi?
Néque paternum aspéctum es veritus?

numquam illum 'aspectum' dicebat, quin mihi Telamo iratus
furere luctu filii videretur. At idem inflexa ad miserabilem
sonum voce:

... quom aétate exacta índigem
Líberum lacerásti orbasti extínxti; neque fratrís necis
Néque eius gnati párvi, qui tibi ín tutelam est tráditus —

flens ac lugens dicere videbatur. Quae si ille histrio, cotidie
cum ageret, tamen [recte] agere sine dolore non poterat, quid
Pacuvium putatis in scribendo leni animo ac remisso fuisse?

---

radi se o dobru glasu. — *levius,* jer to bi bilo najmanje. — *quamquam,* t. zv. *correctivum,* kojim se ispravlja. — *professus sis,* konjunktiv, jer je subjekt neodređen. — *pauci,* sc. *possunt.* — *maiora,* znatnije. — *quibus rebus adducti,* poradi čega. — *cum ... defendimus, tamen: tamen* nije u koncesivnom odnosu s *cum ... defendimus,* jer bi onda moralo biti *cum ... defendamus,* nego su u koncesivnom odnosu *alienissimos — tamen,* t. j. kad branimo druge, ma da su *alienissimi* (sasvim tuđi), ipak ... — **193.** *sed ut dixi,* opet prihvaća poslije parenteze misao: *et ne hoc ... miremur* (na početku 192). — *e sponda illa.* Stihovi su iz Pakuvijeve tragedije Teucer, a govori ih s divana *(sponda)* *Telamon,* koji je bio naložio sinovima, Teukru i Ajantu, kad su polazili pod Troju, da se ne smiju jedan bez drugoga vratiti. Teukar je bio pošao za plijenom pa je ostavio Ajanta, koji se u mahnitosti ubio. — *ausu's = ausus es segregare abs te,* sc. *Aiacem.* — *illum,* često zastupa grčki član, ali često stoji sam i zato, jer je izostavljena riječ: *vocabulum.* — *luctu filii,* genit. objektivni. — *indigem liberum (= liberorum),* sc. *me,* jer Ajant je bio mrtav, a Teukra je otac odbacio. — *extinxti = exstinxisti.* — *fratris necis,* po svoj prilici: *memor fuisti,* jer bi ga drukčije bio osvetio. — *gnati parvi,* t. j. Eurysaces, sin Ajantov i Tekmesin. — *quid Pacuvium putatis ... fuisse,* prevedi *quid putatis* kao samo-

Fieri nullo modo potuit. Saepe enim audivi poëtam bonum ne- 194
minem — id quod a Democrito et Platone in scriptis relictum
esse dicunt — sine inflammatione animorum existere posse et
sine quodam afflatu quasi furoris. Quare nolite existimare me 47
ipsum, qui non heroum veteres casus fictosque luctus velim
imitari atque adumbrare dicendo neque actor sim alienae per-
sonae, sed auctor meae, cum mihi M'. Aquilius in civitate
retinendus esset, quae in illa causa peroranda fecerim, sine
magno dolore fecisse. Quem enim ego consulem fuisse, impera- 195
torem ornatum a senatu, ovantem in Capitolium ascendisse
meminissem, hunc cum afflictum, debilitatum, maerentem, in
summum discrimen adductum viderem, non prius sum conatus
misericordiam aliis commovere, quam misericordia sum ipse
captus. Sensi equidem tum magno opere moveri iudices, cum
excitavi maestum ac sordidatum senem et cum ista feci, quae
tu, Crasse, laudas, non arte, de qua quid loquar, nescio, sed
motu magno animi ac dolore, ut discinderem tunicam, ut cica-
trices ostenderem. Cum C. Marius maerorem orationis meae 196
praesens ac sedens multum lacrimis suis adiuvaret cumque
ego illum crebro appellans collegam ei suum commendarem
atque ipsum advocatum ad communem imperatorum fortunam
defendendam invocarem, non fuit haec sine meis lacrimis, non

---

stalno pitanje, ali zaodjeni u samostalno pitanje i *Pacuvium ... fuisse.* — **194.** *Democrito,* iz Abdere, glava atomističke škole; isp. Cic., De div. 1. 37. 80: *negat enim sine furore Democritus quemquam poetam magnum esse posse, quod idem dicit Plato;* isp. Plat., Phædr. p. 245 A. — *dicunt,* kažu mi; Antonije se gradi, kao da sâm nije čitao grčke književnosti. — *inflammatione animorum,* oduševljenje. — *quodam afflatu quasi furoris,* nekog zadaha, tako reći nadahnuća. — *actor ... auctor,* igra riječima, koju ne možemo u prijevodu zadržati: koji ne prikazujem ulogu drugoga nego samoga sebe. — poredaj: *me ipsum ... sine magno dolore fecisse, quæ ... fecerim, cum ... retinendus esset.* — **195.** *ovantem,* manji triumf, za kojega bi triumfator išao na Kapitolij na konju, a ne na triumfatorskim kolima, i žrtvovao bi ovcu, ne vola. — *excitavi,* dao sam, da se digne, t. j. da ga mogu svi vidjeti. — *sordidatus,* u žalosnim haljinama, naše: u crnom odijelu za znak žalosti. Žalosne su haljine nosili na sudu i optuženik i njegovi prijatelji. — *de qua quid loquar nescio,* t. j. ne poznam je. — *motu,* ganuće. — *196. C. Marius* je bio 101. god. konzul zajedno s M'. Akvilijem, a sada je bio na sudu kao njegov *advocatus,* da mu svojom nazočnošću pomogne. — *suum,* očekivali bismo upravo *eius,* ali se *suus* češće upotrebljava kao istaknuta posesivna zamjenica. — *habita* od *orationem* preneseno na *verba,*

sine dolore magno miseratio omniumque deorum et hominum
et civium et sociorum imploratio. Quibus omnibus verbis, quae
a me tum sunt habita, si dolor afuisset meus, non modo non
miserabilis, sed etiam irridenda fuisset oratio mea. Quam ob
rem hoc vos doceo, Sulpici, bonus ego videlicet atque eruditus
197 magister, ut in dicendo irasci, ut dolere, ut flere possitis. Quam-
quam te quidem quid hoc doceam, qui in accusando sodali meo
tantum incendium non oratione solum, sed etiam multo magis
vi et dolore et ardore animi concitaras, ut ego ad id restinguen-
dum vix conarer accedere? Habueras enim tu omnia in causa
superiora: vim, fugam, lapidationem, crudelitatem tribuniciam
in Caepionis gravi miserabilique casu in iudicium vocabas;
deinde principem et senatus et civitatis, M. Aemilium, lapide
percussum esse constabat; vi pulsum e templo L. Cottam et T.
Didium, cum intercedere vellent rogationi, nemo poterat negare.
48 198 Accedebat, ut haec tu adulescens pro re publica queri summa
cum dignitate existimarere, ego, homo censorius, vix satis
honeste viderer seditiosum civem et in hominis consularis cala-
mitate crudelem posse defendere. Erant optimi cives iudices,
bonorum virorum plenum forum, vix ut mihi tenuis quaedam
venia daretur excusationis, quod tamen eum defenderem, qui
mihi sodalis fuisset. Hic ego quid dicam me artem aliquam

obično se kaže *verba facere.* — *bonus videlicet,* ironički. — **197.** *sodali:* P. Sulpicije Ruf tužio je 94 god. K. Norbana poslije konzulata njegova *lege Appuleia de maiestate* kao *seditiosum et inutilem civem,* a branio ga M. Antonije, jer je 99. god., kad je sam bio konzul, bio njegov kvestor u Kilikiji, zato ga i zove *sodalis.* — *incendium ... concitaras,* raspirio si požar, t. j. strasti. — *superiora,* povoljnije. — *vim,* Sulpicije je bio Norbana tužio iz osvete, što je bio tužio Kv. Servilija Cepiona, koji je kao konzul 105. g. bio opljačkao hram Apolonov u Tuluzi, a 105. g. skrivio, da su Cimbri potukli rimsku vojsku. Cepion je bio osuđen, a Norbanova demokratska stranka latila se i nasilja *(vim),* da Cepion bude osuđen. — *M. Aemilum (Scaurum),* koji je u toj parnici svjedočio protiv Norbana; *L. (Aurelium) Cottam,* tribun 95. g., i *T. Didium,* inače nepoznat; ovi su bili protjerani s govornice, koja se ovdje navlaš zove *templum:* posvećeno mjesto, samo da krivnja bude to veća. — **198.** *adulescens,* mlad čovjek; tada je Sulpiciju bilo 30 godina. — *pro re publica,* u korist države, ovdje se misli optimatska stranka. — *dignitate,* čast. — *censorius,* cenzorom je bio 97. g. — *crudelem,* nesmiljen, jer je tužio Cepiona i svim sredstvima nastojao, da bude osuđen. — *mihi tenuis quædam venia daretur,* da mi se nešto malo praštalo poradi izgovora, što sam ipak branio čovjeka. — *in aliquo artis loco re-*

adhibuisse? Quid fecerim, narrabo. Si placuerit, vos meam
defensionem in aliquo artis loco reponetis. Omnium seditionum 199
genera, vitia, pericula collegi eamque orationem ex omni rei
publicae nostrae temporum varietate repetivi conclusique ita,
ut dicerem, etsi omnes molestae semper seditiones fuissent,
iustas tamen fuisse non nullas et prope necessarias. Tum illa,
quae modo Crassus commemorabat, egi: neque reges ex hac
civitate exigi neque tribunos plebis creari neque plebiscitis
totiens consularem potestatem minui neque provocationem,
patronam illam civitatis ac vindicem libertatis, populo Romano
dari sine nobilium dissensione potuisse; ac, si illae seditiones
saluti huic civitati fuissent, non continuo, si quis motus populi
factus esset, id C. Norbano in nefario crimine atque in fraude
capitali esse ponendum. Quodsi umquam populo Romano con-
cessum esset, ut iure incitatus videretur, id quod docebam saepe
esse concessum, nullam illa causa iustiorem fuisse. Tum omnem
orationem traduxi et converti in increpandam Caepionis fugam,
in deplorandum interitum exercitus. Sic et eorum dolorem, qui
lugebant suos, oratione refricabam et animos equitum Roma-
norum, apud quos tum iudices causa agebatur, ad Q. Caepionis
odium, a quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renovabam.
Quod ubi sensi me in possessionem iudicii ac defensionis meae **49** 200

ponetis, ironički: vi ćete je uvrstiti u koje poglavlje teorije. — **199.** *eamque orationem,* onaj dio govora; za taj dio govora segnuo sam natrag u sva različna vremena naše države (upravo: taj dio govora potražio sam iz ...). — *minui,* na pr. kad je uvedena pretura. — *provocationem,* sc. *ad populum,* priziv na narod protiv nekih odredbi magistrata, osobito kad se radilo o životu građanina. — *vindex,* jamac. — *sine nobilium dissensione,* bez razdora s plemstvom. — *Cæpionis fugam,* Antonije ističe, da je Cepion bio zato osuđen, što je bio kriv, da su Cimbri porazili rimsku vojsku. — *refricabam,* obnoviti. — *apud quos tum iudices causa agebatur.* Od vremena K. Graka bili su vitezovi porotnici *(iudices),* a Cepion je nastojao, da ne budu suci samo oni, nego i senatori. Zato mu nisu bili skloni *(propter iudicia abalienati)* vitezovi, koji su tada u toj parnici bili suci *(apud quos ... agebatur).* — *animos ... ad odium ... renovabam,* iznova raspaliti čiju mržnju na koga. — **200.** quod, da se rečenica nadoveže kao *quod si* i dr. — *in possessionem ... constitisse,* upravo: kad sam razabrao, da sam stao u posjed i sudaca i moje obrane, onda: da sam osvojio suce (koje je prije Sulpicije bio pridobio) i učvrstio svoju obranu. — *etiam cum seditionis coniunctione = etiam cum coniunctum esset cum seditione.* — *iudicum animos; animos* se ponajviše ne prevodi = *iudices; proprio,* njihovom mržnjom na Cepiona, v. 199. — *in liberum (= liberorum) loco,* kao

constitisse, quod et populi benevolentiam mihi conciliaram, cuis
ius etiam cum seditionis coniunctione defenderam, et iudicum
animos totos vel calamitate civitatis vel luctu ac desiderio pro-
pinquorum vel odio proprio in Caepionem ad causam nostram
converteram, tum admiscere huic generi orationis vehementi
atque atroci genus illud alterum, de quo ante disputavi, lenitatis
et mansuetudinis coepi: me pro meo sodali, qui mihi in liberum
loco more maiorum esse deberet, et pro mea omni fama prope
fortunisque decernere; nihil mihi ad existimationem turpius,
nihil ad dolorem acerbius accidere posse, quam si is, qui saepe
alienissimis a me, sed meis tamen civibus saluti existimarer
201 fuisse, sodali meo auxilium ferre non potuissem. Petebam a
iudicibus, ut illud aetati meae, ut honoribus, ut rebus gestis, si
iusto, si pio dolore me esse affectum viderent, concederent;
praesertim si in aliis causis intellexissent omnía me semper
pro amicorum periculis, nihil umquam pro me ipso deprecatum.
Sic in illa omni defensione atque causa, quod esse in arte posi-
tum videbatur, ut de lege Appuleia dicerem, ut, quid esset
minuere maiestatem, explicarem, perquam breviter perstrinxi
atque attigi. His duabus partibus orationis, quarum altera
commendationem habet, altera concitationem, quae minime
praeceptis artium sunt perpolitae, omnis est a me illa causa
tractata, ut et acerrimus in Caepionis invidia renovanda et in
meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissi-

---

dijete, sin; viši magistrat vrijedi u Rimljana kao otac nižima, a niži kao sinovi višima; ... — *ad existimationem,* za moj glas; Antonije kaže, da bi za nj bila sramota i velika bol, kad ne bi mogao pomoći svojemu drugu on, koji je po sudu ljudi često spasio ljude sasvim tuđe samo zato, jer su mu bili sugrađani. — **201.** *dolore esse affectum,* da osjećam bol. — *concedere,* učiniti za volju. — *in arte positum,* da se osniva na retoričkoj teoriji. — *lege Appuleia,* po kojem je Sulpicije bio tužio Norbana. L. Apulej Saturnin, na glasu demagog, bio je kao pučki tribun 102. god. predložio prvi zakon *de maiestate imminuta.* — *quid esset,* znači. — *perstrinci atque attigi,* površno sam se dotakao. — *habet,* sadrži. — *magis affectis animis ..., quam doctis,* više što sam suce ganuo, nego što sam ih poučio, uvjerio. — **202.** *incendium,* v. 197. — *hæsitatio,* zapinjanje (u govoru); *tractus,* sporost, ali bolje je prevesti glagolima: kako si zapinjao, kako sporo govorio. — *illud ... quod tibi ... ad ignoscendum ... dabant,* što su ti ljudi jedino opraštali. — *munisti,* utrti. — **203.** *necessitudinem,* tijesna veza, koja postoji između vojskovođe i njegova kvestora: kolegijalnost. — *serpere,* tiho dalje ići, odmicati. — *ut ... defenderes,* nije zavisno o *pertimescente,* nego

mus viderer; ita magis affectis animis iudicum quam doctis tua,
Sulpici, est a nobis tum accusatio victa«. Hic Sulpicius: 'vere **50**
hercle', inquit, 'Antoni, ista commemoras. Nam ego nihil um- 202
quam vidi, quod tam e manibus elaberetur, quam mihi tum est
elapsa illa ipsa causa. Cum enim, quem ad modum dixisti, tibi
ego non iudicium, sed incendium tradidissem, quod tuum prin-
cipium, di immortales, fuit! qui timor, quae dubitatio, quanta
haesitatio tractusque verborum! Ut tu illud initio, quod tibi
unum ad ignoscendum homines dabant, tenuisti, te pro homine
pernecessario, quaestore tuo, dicere! quam tibi primum munisti
ad te audiendum viam. Ecce autem, cum te nihil aliud profe- 203
cisse arbitrarer, nisi ut homines tibi civem improbum defendenti
ignoscendum propter necessitudinem arbitrarentur, serpere
occulte coepisti, — nihildum aliis suspicantibus, me vero iam
pertimescente — ut illam non Norbani seditionem, sed populi
Romani iracundiam neque eam iniustam, sed meritam ac debi-
tam fuisse defenderes. Deinde qui locus a te praetermissus est
in Caepionem? ut tu illa omnia odio, invidia, misericordia
miscuisti! Neque haec solum in defensione, sed etiam in Scauro
ceterisque meis testibus, quorum testimonia non refellendo, sed
ad eundem impetum populi confugiendo refutasti. Quae cum abs 204
te modo commemorarentur, equidem nulla praecepta desidera-
bam; ipsam tamen istam demonstrationem defensionum tuarum
[abs te ipso commemoratam] doctrinam esse non mediocrem
puto'. Atqui, si ita placet', inquit, 'trademus etiam, quae nos
sequi in dicendo quaeque maxime spectare solemus; docuit
enim iam nos longa vita ususque rerum maximarum, ut, quibus
rebus animi hominum moverentur, teneremus.

---

o *serpere* (namjerno). — *neque eam,* i to ne. — *locus* sc. *communis.* — *omnia,* t. j. sve dijelove govora. — *miscuisti,* protkao. — *Scauro ... testibus,* v. 197. — *ad eundem impetum populi confugiendo,* svjedočanstva je odbio ne tim, što bi ih pobio, jer Antonije nije priznao *seditionem,* nego se utekao onoj istoj žestini naroda, t. j. dokazivao je, da je ta provala narodne srdžbe bila opravdana velikim zlom, što ga je Cepion državi nanio. — **204.** *demonstrationem defensionum,* pokazivanje različnih načina obrane. — *atqui* ispravlja Sulpicijeve riječi: *equidem nulla præcepta desiderabam;* Antonije će ipak razložiti *(trademus)* iz svoje prakse *locos,* kojima se postiže *movere.* — *ut, quibus rebus ... moverentur, teneremus,* t. j. *ut teneremus res, quibus ...,* da poznam (znam)

51 Equidem primum considerare soleo, postuletne causa. Nam
205 neque parvis in rebus adhibendae sunt hae dicendi faces neque
ita animatis hominibus, ut nihil ad eorum mentes oratione
flectendas proficere possimus, ne aut irrisione aut odio digni
putemur, si aut tragoedias agamus in nugis aut convellere ado-
206 riamur ea, qua non possint commoveri. Iam quoniam haec fere
maxime sunt in iudicum animis aut quicumque illi erunt, apud
quos agemus, oratione molienda, amor, odium, iracundia, invi-
dia, misericordia, spes, laetitia, timor molestia: sentimus amo-
rem conciliari, si id videare, quod si utile ipsis, apud quos agas,
defendere, aut si pro bonis viris aut certe pro iis, qui illis boni
atque utiles sint, laborare. Namque haec res amorem magis
conciliat, illa virtutis defensio caritatem; plusque proficit, si
proponitur spes utilitatis futurae quam praeteriti benefici
207 commemoratio. Enitendum est, ut ostendas in ea re, quam de-
fendas, aut dignitatem inesse aut utilitatem, eumque, cui con-
cilies hunc amorem, significes nihil ad utilitatem suam rettu-
lisse ac nihil omnino fecisse causa sua. Invidetur enim commo-
dis hominum ipsorum, studiis autem eorum ceteris commodan-
208 di favetur. Videndumque hoc loco est, ne, quos ob benefacta
diligi volemus, eorum laudem atque gloriam, cui maxime invi-
deri solet, nimis efferre videamur. Atque eisdem his ex locis et
in alios odium struere discemus et a nobis ac nostris demo-
vere; eademque haec genera sunt tractanda in iracundia vel
excitanda vel sedanda. Nam si, quod ipsis, qui audiunt, per-
niciosum aut inutile sit, id factum augeas, odium creatur; sin,
quod aut in bonos viros aut in eos, quos minime quisque de-

sredstva. — 205. Što Antonije dalje razlaže o čuvstvima, pokazuje, kako je Ciceron duboko poznavao ljudsku narav, to je doista psihologija čuvstava. — *dicendi faces,* plamen govor. — *ita animatis, ut,* kad su ljudi takva raspoloženja; *animatis hominibus,* abl. aps. — *tragœdias,* metafora: uzvišen, patetičan govor (kakav pristaje tragediji. — 206. *hæc,* t. j. čuvstva. — *illis* = *illorum iudicio.* — *caritatem,* poštovanje. — 207. *dignitatem,* čast. — *rettulisse,* nije imao pred očima, nije gledao na. — *commodandi,* da drugima učine ljubav. — 208. *hoc loco,* pritom. — *ne, quos ... volemus, eorum ... gloriam, cui ... solet, ... videamur:* pritom treba paziti, da ne bismo ljudima, koje ..., previše uzvisivali ... slavu, kojoj ... — *his ex locis,* izvori, sinonimno s *genera.* — *sin* sc. *augeas.* — *aut in bonos viros ... aut in rem publicam,* sc. *factum sit* ili *quis fecerit.* — *in eos, quos,* izostavljen je pred relativnom zamjenicom prijedlog *in,* kako to

buerit, aut in rem publicam, tum excitatur, si non tam acerbum
odium, tamen aut invidiae aut odii non dissimilis offensio. Item 209
timor incutitur aut ex ipsorum periculis aut ex communibus:
interior est ille proprius; sed hic quoque communis ad eandem
similitudinem est perducendus. Par atque una ratio est spei, 52
laetitiae, molestiae; sed haud sciam an acerrimus longe sit
omnium motus invidiae nec minus virium opus sit in ea com-
primenda quam in excitanda. Invident autem homines maxime
paribus aut inferioribus, cum se relictos sentiunt, illos autem
dolent evolasse; sed etiam superioribus invidetur saepe vehe-
menter et eo magis, si intolerantius se iactant et aequabilita-
tem communis iuris praestantia dignitatis aut fortunae suae
transeunt. Quae si inflammanda sunt, maxime dicendum est
non esse virtute parta, deinde etiam vitiis atque peccatis, tum,
si erunt honestiora atque graviora, tamen non esse tanta illa
merita, quantam insolentiam hominis quantumque fastidium.
Ad sedandum autem, magno illa labore, magnis periculis esse 210
parta, nec ad suum commodum, sed ad aliorum esse collata:
quae si quam gloriam peperisse videantur, tamenetsi ea non sit
iniqua merces periculi, tamen ea non delectari totamque abi-
cere atque deponere; omninoque perficiendum est — quoniam
plerique sunt invidi maximeque hoc est commune vitium et

obično biva, kad se u relativnoj rečenici razumijeva isti glagol, koji je u njezinoj glavnoj. — *invidiæ,* omraza. — *offensio,* zadjevica. — 209. *interior est,* dublje prodire, t. j. jače se doima. — *ad eandem similitudinem,* sličnost s ovim istim (t. j. *timor proprius), ratio,* narav, biće. — *haud sciam an* (i još češće *haud scio an);* ovom konstrukcijom Ciceron pokazuje, da više naginje na pozitivnu tvrdnju *(= fortasse).* — *relictos,* da su pretečeni, da su zaostali. — *evolasse,* metafora: a oni da su na više poletjeli, uzdigli se, t. j. popeli se do časti. — *æquabilitatem communis iuris,* jednakost po pravu svima zajednička. — *præstantia dignitatis aut fortunæ,* ističući se čašću ili imutkom. — *quae si inflammanda sunt,* treba li protiv njih (t. j. spomenutih prednosti: časti, imutka) potpiriti zavist; ljudi već sami po sebi zavide onima, koji su čim naprednij, a govornik će, kad je potrebno, samo potpiriti, povećati ovu zavist; *quæ,* koje zapravo pripada k *non esse virtute parta,* povuklo je za sobom i *inflammanda est* (sc. *invidia* ili pojam njezin sadržan u *invidentur),* kako se razabire iz kasnijega: *ad sedandum autem ... illa ... esse parta.* — *deinde* (zatim) *etiam ... peccatis,* sc. *parta esse.* — *insolentiam,* bahatost. — *fastidium,* nadutost. — 210. *ad sedandum autem* sc. *dicendum est.* — *parta,* sc. *ab homine* (v. 209.),

perpetuum; invidetur autem praestanti florentique fortunae
—, ut haec opinio minuatur et illa excellens opinione fortuna
211 cum laboribus et miseriis permixta esse videatur. Iam miseri-
cordia movetur, si is, qui audit, adduci potest, ut illa, quae de
altero deplorentur, ad suas res revocet, quas aut tulerit acer-
bas aut timeat, ut intuens alium crebro ad se ipsum reverta-
tur; et cum singuli casus humanarum miseriarum graviter
accipiuntur, si dicuntur dolenter, tum aflicta et prostrata
virtus maxime luctuosa est; et, ut illa altera pars orationis,
quae probitatis commendatione boni viri debet speciem tueri,
lenis, ut saepe iam dixi, atque summissa, sic haec, quae susci-
pitur ab oratore ad commutandos animos atque omni ratione
53 212 flectendos, intenta ac vehemens esse debet. Sed est quaedam
in his duobus generibus, quorum alterum lene, alterum vehe-
mens esse volumus, difficilis ad distinguendum similitudo. Nam
et ex illa lenitate, qua conciliamur iis, qui audiunt, ad hanc
vim acerrimam, qua eosdem excitamus, influat oportet aliquid,
et ex hac vi non numquam animi aliquid inflandum est illi le-
nitati; neque est ulla temperatior oratio quam illa, in qua aspe-
ritas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur, remissio
213 autem lenitatis quadam gravitate et contentione firmatur. In
utroque autem genere dicendi, et illo, in quo vis atque conten-
tio quaeritur, et hoc, quod ad vitam et mores accommodatur,
et principia tarda sint et exitus tamen spissi et producti esse
debent. Nam neque assiliendum statim est ad genus illud ora-

---

zato odmah *suum*. — *collata,* upotrijebiti. — *ea,* sc. *gloria*. — *delectari,* subjekt je *hominem; totam,* sc. *gloriam. opinione,* kako se misli. — **211.** *iam,* najposlije; prelazi na posljednji dio razlaganja. — *quæ de altero deplorentur,* što kod drugoga žalimo. — *revocet ad,* omjeriti o što; *acerbas,* spoji s *res*. — *graviter accipiuntur,* bolno se osjećaju, bolno se doimaju. — *si dicuntur dolenter,* ako se s bolom, tronuto opisuju, pripovijedaju. — *maxime luctuosa est,* uzrokuje osobitu žalost. — *probitatis commendatione,* upravo: preporučujući, onda: hvaleći, ističući poštenje, čestitost. — *speciem tueri,* zauzeti se za lijepu pojavu... — *lenis, summissa — intenta vehemens* su u hijastičkom položaju, jer *vehemens* odgovara *lenis, intenta — summissa*. — **212.** *influat,* da nešto kapne; *animi aliquid inflandum est,* da nešto zadahne onu mirnoću, blagost. — *temperatior,* bolje pomiješan: bolje udešen. — *asperitas contentionis oratoris,* oštrina govornikove žestine; *conditur,* začinjena je. — *remissio lenitatis,* milota blage riječi. — *firmatur,* dobiva snagu. — **213.** *illo... hoc,* metni pred njih *in* — *principia* i *exitus,* početak i svršetak govora. — *tarda,* oprezan; *spissus,* polagan; *pro-*

tionis — abest enim totum a causa, et homines prius illud
faciat, orator viderit: illud quidem perspicuum est non modo
partes orationis, sed etiam causas totas alias alia forma dicendi
esse tractandas.

---

znatan. — *Cum hoc decere:* glavna je misao ovoga veoma dugačkog perioda, koji je anakolut: *cum hoc decere quantum sit, appareat, quid in causis earumque quasi membris faciat, orator viderit.* Ali ova je misao isprekidana mnogim umetnutim rečenicama, među kojima su najznatnije: 1) razlika između decere i oportere; 2) i pjesnici i slikari priznavaju, da je *decere* veoma znatno. Onda se period nastavlja sa *sed cum hoc ...* — *cum hoc decere,* sc. *dicamus*: kad kažemo »ovo se pristoji«, — *usurpamus,* naglašujemo. — *quantum sit,* kako je znatno. — *in alio ponatur aliudque totum sit,* budući da pripada drugomu pojmu te je sasvim drugo, da li rekneš. — **74.** *perfectionem declarat officii,* znači pravu dužnost; *utendum est,* koju treba vršiti. — *esse* = znači. — *valet,* znatno je. — *contraque item dedecere,* a isto vrijedi i za protivno *dedecere* (prema *non oportere).* — *quod si poeta fugit,* ako se toga kloni pjesnik, kojemu se inače štošta oprašta. — *etiam,* također, drugi: pače i onda, ali sadržaj rečenice *cum ... sapientis* nije baš tako neznatan grijeh protiv *decere,* da bi morao metnuti etiam. — *affingit,* pridijeva, prišiva govor jednog poštenjaka lopovu. — *ille, onaj* glasoviti; misli Timanta, koji je živio oko 400. g. i bio na glasu osobito poradi slike: žrtvovanje Ifigenijino, na kojoj je znao majstorski prikazati žalost pojedinih lica, koja je bila to veća, što je koje lice bilo Ifigeniji bliže. Kalhanta je prikazao žalosnim, Odiseja još žalosnijim, a veoma je veliku žalost izrazio u licu Menelajevu. Kako već nije mogao da pojača žalost, to je ocu Agamem-

Sequitur, ut cuiusque generis nota quaeratur et formula: 23 75
magnum opus et arduum, ut saepe iam diximus; sed ingredien-
tibus considerandum fuit, quid ageremus, nunc quidem iam,
quocumque feremur, danda nimirum vela sunt. Ac primum
informandus est ille nobis, quem solum quidam vocant Atticum:
summissus est et humilis, consuetudinem imitans, ab indisertis 76
re plus quam opinione differens. Itaque eum qui audiunt, quam-
vis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere;
nam orationis subtilitas imitabilis illa quidem videtur esse exi-
stimanti, sed nihil est experienti minus; etsi enim non plurimi
sanguinis est, habeat tamen sucum aliquem oportet, ut, etiam
si illis maximis viribus careat, sit, ut ita dicam, integra vale-
tudine. Primum igitur eum tamquam e vinculis numerorum 77
eximamus; sunt enim quidam, ut scis, oratorii numeri, de quibus
mox agemus, observandi ratione quadam, sed alio in genere
orationis, in hoc omnino relinquendi: solutum quiddam sit nec
vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare.
Verba etiam verbis quasi coagmentare neglegat; habet enim ille
tamquam hiatus et concursus vocalium molle quiddam et quod
indicet non ingratam neglegentiam de re hominis magis quam

---

nonu zastro glavu. U Pompejima našla se u kući zvanoj casa del poeta tragico na stijeni slika, koja podsjeća na ovu Timantovu sliku, ali slikar te slike očito nije shvatio velikoga slikara, jer je izostavio Odiseja i Menelaja, a ipak je ocu zastro glavu. Ta se slika danas nalazi u narodnom muzeju u Napulju. — *causis,* govor. — *membris,* upravo: ud, onda: dio, kao *exordium, narratio* i t. d. — *forma,* način, vrsta. — **75.** *ingredientibus,* sc. *mare,* kad smo išli na more trebalo je razmisliti, što radimo, a sada treba jedriti, kamo nas god vjetar zanio; slika uzeta iz pomorskog života, koji je Rimljanima veoma mio. — *informandus est,* treba da sebi predstavimo. — *quidam,* tim Ciceron pokazuje, da on ne misli tako. — 76. *consuetudinem,* svakidašnji govor. — *re plus quam opinione,* obično se misli, da svatko može biti takav govornik, ali doista *(re)* se on razlikuje od onih, koji nisu govornici, više *(plus)* nego što se obično misli *(opinione).* — *infantes sint,* nisu rječiti. — *illo modo,* istaknuto: onako. — *imitabilis ... esse:* dade se nasljedovati. — *existimanti ... experienti,* koji tako misli ... koji to pokuša; *minus,* sc. *imitabile esse.* — *plurimi sanguinis,* slika uzeta od tijela: punokrvan, misli se krepkoća, snaga. — *integra valetudine,* krepka zdravlja; poredi atičko govorništvo s mršavim, ali zdravim čovjekom. — 77. *e vinculis numerorum:* period ove vrste nema one zaobljenosti i blagoglasja, što ga iziskuju druge vrste. — *ratione quadam,* metodički po nekom zakonu. — *solutum,* t. j. *exemptum* e vinculis numerorum, no ipak ne *vagum:* nevezan, razuzdan. — *ingredi,* da slobodno korača; *licenter,* raspušteno, ovdje

78 de verbis laborantis. Sed erit videndum de reliquis, cum haec
duo ei liberiora fuerint, circuitus conglutinatioque verborum;
illa enim ipsa contracta et minuta non neglegenter tractanda
sunt, sed quaedam etiam neglegentia est diligens. Nam ut mu-
lieres esse dicuntur nonnullae inornatae, quas id ipsum deceat,
sic haec subtilis oratio etiam incompta delectat; fit enim quid-
dam in utroque, quo sit venustius, sed non, ut appareat. Tum
removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum; ne
79 calamistri quidem adhibebuntur. Fucati vero medicamenta can-
doris et ruboris omnia repellentur: elegantia modo et munditia
remanebit. Sermo purus erit et Latinus, dilucide planeque
24 dicetur, quid deceat, circumspicietur; unum aberit, quod quar-
tum numerat Theophrastus in orationis laudibus: ornatum illud
suave et affluens; acutae crebraeque sententiae ponentur et
nescio unde ex abdito erutae, idque in hoc oratore dominabitur;
80 verecundus erit usus oratoriae quasi supellectilis. Supellex est
enim quodammodo nostra, quae est in ornamentis, alia rerum,
alia verborum: *verborum* ornatus autem duplex, unus simpli-
cium, alter collocatorum: simplex probatur in propriis usitatis-

misli: nepravilno. — *coagmentare,* slika uzeta od graditeljstva, zato dodaje *quasi.* — *laborantis,* koji se trudi, nastoji. — 78. *circuitus verborum,* period (prijevod grčkog *περίοδος).* — *contracta,* zbijeno, jedro, jedrina. — *minuta,* kratki rečenični dijelovi; *neglegentia diligens,* oxymoron: brižljiva, t. j. proračunana nemarnost. — *id ipsum,* t. j. *esse inornatas.* — *in utroque,* i u jednom i u drugom slučaju, t. j. kod žene i u govoru. — *sed non ut appareat,* ali tako, da ne udara u oči. — *quasi margaritarum,* zbijena prispodoba: uklonit će sav nakit, što udara u oči, kao što žena u običnom, ali lijepom kućnom odijelu ne meće na sebe biserje. — *calamistri,* v. Brutus 262.; Ciceron rado upotrebljava ovu riječ, da istakne umjetno kićenje. — 79. *medicamenta fucati candoris et ruboris,* pomagala bjelila i rumenila. — *Theophrastus:* v. De orat. I. 49, u knjizi *περὶ λέξεως* nabraja 4 svojstva stila: *το σαφές (dilucide planeque), τὸ μεγαλοπρεπές (ornatum affluens), τὸ ἡδύ (ornatum suave), τὸ πιθανόν, ornatum suave* pripada k *genus medium,* a *affluens* k *genus grande.* Ciceron također određuje 4 svojstva, o kojima opširno govori u 3. knjizi De oratore: *dicere Latine* (ovdje: *purus et Latinus), plane* (ovdje: *dilucide planeque), apte* (ovdje: *quid deceat, circumspicietur)* i *ornate.* — *acutæ* (duhovit) *et crebræ sententiæ,* su osobina atičke vrste. — *ex abdito erutæ,* iz dubljine iznesene na vidjelo, t. j. *duboke* misli, koje se baš zato ne mogu tako lako shvatiti. — *dominabitur*: poraba *sententiarum* bit će snaga ovoga govornika. — *verecundus,* čedan, oprezan. — *quasi supellectilis,* jer je slika neobična, zato *quasi,* a odmah onda tumači, što je *oratoria supellex.* — 80. *nostra,* t. j. za govornika. — Za govor-

que verbis, quod aut optime sonat aut rem maxime explanat;
in alienis aut translatum et sumptum aliunde, ut mutuo, aut
factum ab ipso ac novum, aut priscum et inusitatum; sed etiam
inusitata ac prisca sunt in propriis, nisi quod raro utimur;
collocata autem verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis 81
efficiunt, quod verbis mutatis non maneat, manente sententia;
nam sententiarum ornamenta, quae permanent, etiam si verba
mutaveris, sunt illa quidem permulta, sed quae emineant pau-
ciora. Ergo ille tenuis orator, modo sit elegans, nec in faciendis
verbis erit audax et in transferendis verecundus et parcus [et],
in priscis reliquisque ornamentis et verborum et sententiarum
demissior; translatione fortasse crebrior, qua frequentissime
sermo omnis utitur non modo urbanorum, sed etiam rustico-
rum, si quidem est eorum »gemmare vites, sitire agros, laetas
esse segetes, luxuriosa frumenta«: nihil horum parum audacter, 82
sed aut simile est illi, unde transferas, aut, si res suum nullum
habet nomen, docendi causa sumptum, non ludendi videtur. Hoc
ornamento liberius paulo quam ceteris utetur hic summissus,
nec tam licenter tamen, quam si genere dicendi uteretur amplis-
simo; itaque illud indecorum, quod, quale sit, ex decoro debet 25
intellegi, hic quoque apparet, cum verbum aliquod altius trans-
fertur, idque in oratione humili ponitur, quod idem in alia
deceret. Illam autem concinnitatem, quae verborum collocatio- 83

nika se *supellex* sastoji u figurama, jednima *rerum,* drugima *verborum,* koji sačinjavaju *ornatus orationis.* — *simplicium . . . collocatorum,* ili je riječ već sama po sebi *ornatus* ili ga uzrokuje tek spoj i namještanje riječi. — *simplex,* sc. *ornatus simplicium verborum.* — *propriis* = u pravom, prvotnom značenju. — *in alenis,* u nepravom, t. j. prenesenom značenju. — *translatum,* prenesena (metafora), *sumptum . . . mutuo,* pozajmljena. — 81. *concinnitatis,* skladnost koja ne bi ostala, kad bi se riječi promijenile, ako bi misao i ostala, na pr. kad bi u: *abiit, excessit, evasit, erupit* uklonili asindet ili glagole promijenili, misao bi ostala ista, ali *concinnitatis* bi nestalo. — *elegans,* ukusan. — *in faciendis verbis,* u stvaranju (novih) riječi). — *verecundus,* v. 79., *demissior,* čedan. — *translatione . . . crebrior,* češće će upotrebljavati metaforu. — 82. *nihil . . . parum,* litotes: svako je od toga dosta . . . — *docendi causa sumptum, non ludendi,* nije upotrijebljena za zabavu, nego za pouku, poradi razumijevanja. — *hoc ornamento,* t. j. metafora. — *hic summissus,* ovaj naš priprosti, jednostavan govornik. — *altius transfertur,* t. j. kad ga previše smjelo upotrijebi u prenesenom značenju (a pritom je već sama riječ *altius* metafora). — *quod idem,* koja bi baš; *in alia,* sc. *oratione mediocri* ili *ampla.* — 83. *illuminat,* osvijetliti, kra-

nem illuminat iis luminibus, quae Graeci quasi aliquos gestus
orationis σχήματα appellant, quod idem verbum ab iis etiam in
sententiarum ornamenta transfertur, adhibet hic quidem sub-
tilis, quem, nisi quod solum, ceteroqui recte quidam vocant
Atticum, sed paulo parcius; nam, sicut in epularum apparatu
a magnificentia recedens non se parcum solum, sed etiam ele-
84 gantem videri volet *et* eliget, quibus utatur; sunt enim pleraque
apta huius ipsius oratoris, de quo loquor, parsimoniae. Nam
illa, de quibus ante dixi, huic acuto fugienda sunt: paria paribus
relata et similiter conclusa eodemque pacto cadentia et immu-
tatione litterae [quasi] quaesitae venustates, ne elaborata
concinnitas et quoddam aucupium delectationis manifesto de-
85 prehensum appareat; itemque, si quae verborum iterationes
contentionem aliquam et clamorem requirent, erunt ab hac
summissione orationis alienae: ceteris promiscue poterit uti, con-
tinuationem verborum modo relaxet et dividat utaturque verbis

siti. — *luminibus,* svjetlila (figure), prijevod grč. *σχήματα,* koje su kao neke kretnje govora *(quasi gestus ... orationis),* na pr. asindet, polisindet, hijazam, dok su gradacija, antiteza i t. d. *ornamenta sententiarum,* koje Grci također zovu *σχήματα (quod idem ... transfertur).* — *nisi quod solum:* Ciceron se slaže, da je *humilis, tenuis* atički govornik, ali ne priznaje, da je on jedini *orator Atticus; quem ... Atticum* izbliže označuje *hic subtilis,* a *sed paulo parcius* pripada k *adhibet.* — *recedens,* t. j. domaćin; ovaj će govornik biti kao domaćin, koji priređuje gozbu, ali ne će da bude rasipan, a ujedno uza svu štedljivost hoće da se pokaže ukusan i biran. — 84. *pleraque,* t. j. figure. — *parsimoniæ,* za štedljivu porabu, t. j. da ih štedljivo upotrebljava. — *huic acuto,* ovaj oštroumni, t. j. atički govornik, kojemu mora sva snaga biti baš u dubokim mislima. — *paria paribus relata,* isp. Or. 68: *paria paribus referunt, adversa contrariis,* sæpissimeque similiter extrema definiunt: da jednake riječi i rečenice odgovaraju jedne drugima, na pr. *Cn. Pompeius extrema hieme apparavit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit.* Misli na međusobni odnos riječi i rečenica. — *similiter conclusa,* da se slično svršuju; *eodemque pacto cadentia* i jednakim padanjem glasa, isp. Or. 38: *sed aperte ac palam elaboratur, ut verba verbis quasi dimensa et paria respondeant, ut crebro conferantur pugnantia comparenturque contraria, et ut pariter extrema terminentur eundemque referant in cadendo sonum.* — *immutatione litteræ,* da se promijeni slovo *(παρονομασία)* na pr. nobiliorem, mobiliorem, De orat. 2. 256. — *venustates,* dražesna, kićena mjesta. — *elaborata,* odviše umjetna, pretjerana, — *aucipium delectationis,* pohlepa druge zabavljati. — *manifesto deprehensum,* upravo: očito u čem zatečen, prevedi: da se ne bi očito i bjelodano pokazala. — 85. *verborum iterationes,* na pr. ad Her. 4. 38: *tumultus Gracchi, tumultus domesticos et intestinos comparant.* — *summissione orationis,* miran način govora. — *ceteris,* sc. *ornamen-*

quam usitatissimis, translationibus quam mollissimis. Etiam illa
sententiarum lumina assumet, quae non erunt vehementer illu-
stria; non faciet rem publicam loquentem nec ab inferis mortuos
excitabit nec acervatim multa frequentans una complexione
devinciet: valentiorum haec laterum sunt nec ab hoc, quem
informamus, aut expectanda aut postulanda; erit enim ut voce, 86
sic etiam oratione suppressior; sed pleraque ex illis convenient
etiam huic tenuitati, quamquam isdem ornamentis utetur horri-
dius; talem enim inducimus. Accedet actio non tragica nec
scaenae, sed modica iactatione corporis, vultu tamen multa
conficiens: non hoc, quo dicuntur os ducere, sed illo, quo signi-
ficant ingenue, quo sensu quidque pronuntient. Huic generi 26 87
orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo nimium quan-
tum valent; quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alte-
rum dicacitatis: utetur utroque, sed altero in narrando aliquid
venuste, altero in iaciendo mittendoque ridiculo, cuius genera
plura sunt; sed nunc aliud agimus. Illud admonemus tamen, 88
ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile
sit, nec subobsceno, ne mimicum, nec petulanti, ne improbum,
nec in calamitatem, ne inhumanum, nec in facinus, ne odii
locum risus occupet, neque aut sua persona aut iudicum aut

tis. — *quam mollissimus,* t. j. koje ne udaraju jako u oči. — *illustria,* jer onda pripadaju k genus grande, na pr. da država govori (Cic., Cat. 1. 17.), da se zazivaju mrtvi iz podzemlja, da ne gomila mnogo figura *(acervatim multa frequentans)* i ne zbije *(devinciet)* u jedan period *(una complexione),* kao na pr. Cic., Pro Ligario 39: *quid enim, Tubero, tuus ille destrictus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?* — *suppressior,* tiši. — 86. *ex illis,* sc. *luminibus sententiarum.* — *huic tenuitati,* mj. *huic tenui oratori.* — *horridius,* priprostije. — *inducere,* prikazivati. — *conficiens,* izraziti. — *hoc,* sc. *vultu.* — *os ducere,* kriviti usta. — *ingenue,* iskreno. — 87. *huic generi ... sales,* preneseno: po ovoj vrsti ... posut će se po koje zrno soli, t. j. začinit će se po kojom dosjetkom. — *nimium quantum,* vrlo mnogo; ovo sačinjava jedan pojam, zato indikativ *valent.* — *facetiarum ... dicacitatis:* fina šala, humor ... zajedljiva šala. — 88. *admonere,* napominjati. — *frequenti,* i ostalim ablativima dodaj: *utatur.* — *mimicum:* mimi su bili vesela prikazivanja uzeta iz običnoga života, a na glasu su bili poradi prostote i razuzdanosti. — *in calamitatem,* sc. *utatur,* t. j. ne će zbijati šalu s onima, koji su u nevolji; tako i *in facinus.* — *odii locum,* jer za zlo djelo nije smijeh, na nj treba mrziti. — *alienum,* s oblat.: neprikladan. — *illud indecorum,* v .82. —

tempore alienum; haec enim ad illud indecorum referentur.
89 Vitabit etiam quaesita nec ex tempore ficta, sed domo allata,
quae plerumque sunt frigida; parcet et amicitiis et dignitatibus,
vitabit insanabiles contumelias: tantummodo adversarios figet,
nec eos tamen semper nec omnes nec omni modo; quibus
exceptis sic utetur sale et facetiis, ut ego ex istis novis Atticis
talem cognoverim neminem, cum id certe sit vel maxime
90 Atticum. Hanc ego iudico formam summissi oratoris, sed magni
tamen et germani Attici, quoniam, quidquid est salsum aut
salubre in oratione ,id proprium Atticorum est, e quibus tamen
non omnes faceti: Lysias satis et Hyperides, Demades praeter
ceteros fertur, Demosthenes minus habetur: quo quidem mihi
nihil videtur urbanius, sed non tam dicax fuit quam facetus;
est autem illud acrioris ingenii, hoc maioris artis.

91 Uberius est aliud aliquantoque robustius quam hoc humile,
de quo dictum est, summissius autem quam illud, de quo iam
dicetur, amplissimum. Hoc in genere nervorum vel minimum,
suavitatis autem est vel plurimum; est enim plenius quam hoc
enucleatum, quam autem illud ornatum copiosumque summis-
27
92 sius. Huic omnia dicendi ornamenta conveniunt, plurimumque
est in hac orationis forma suavitatis. In qua multi floruerunt
apud Graecos, sed Phalereus Demetrius meo iudicio praestitit
ceteris; cuius oratio cum sedate placideque labitur, tum illus-
trant eam quasi stellae quaedam translata verba atque immu-
tata. Translata dico, ut saepe iam, quae per similitudinem ab

89. *quæsita,* u prijevodu dodaj: dosjetke. — *frigida,* neslan. — *figo,* pogađati, bockati. — *istis,* podrugljivo. — *quam maxime,* i kako. — **90.** *hanc . . . iudico formam:* to ja držim za uzor. — *satis,* sc. *facetus.* — *præter ceteros fertur,* D. je, kažu, bio osobito, sc. facetus; za nj kaže Ciceron *fertur,* jer nije bilo pisanih djela njegovih. — *minus habetur,* sc. *facetus,* ali Ciceron se ne slaže s onima, koji tako misle; oni zamjenjuju *dicax* i *facetus: facetiæ* su plod finog uzgoja, osobitog ukusa, učenja *(maioris artis),* a *dicacitas* je svojina žešćeg, ratobornijeg duha. — **91.** *aliud,* t. j. *genus medium.* — *nervorum,* v. 76. — *genus summissum,* kloneći se svakog nakita i idući samo za krepkoćom i jasnoćom, može se reći, da je samo mišičje. — *enucleatum,* jezgrovit. — **92.** *huic,* ovu srednju vrstu Ciceron hvali, jer je to u glavnom njegova vrsta. — *translata* i *immutata* su metafore i metonimije, kako odmah dalje tumači: prva se osniva na nekoj sličnosti *(per similitudinem),* a upotrebljava se ili za ukras ili od nevolje, jer nema druge riječi; druga se osniva na odnosu uzročnosti, zavisnosti i t. d., na pr. *Mars pro bello; Ceres pro frugibus . . . curia pro senatu*

alia re aut suavitatis aut inopiae causa transferuntur, immu-
tata, in quibus pro verbo proprio subicitur aliud, quod idem
significet, sumptum ex re aliqua consequenti. Quod quamquam 93
transferendo fit, tamen alio modo transtulit, cum dixit Ennius:
»arce et urbe orba sum«, alio [modo, si pro patria arcem
dixisset, et]: »horridam Africam terribili tremere tumultu«
[,cum dicit pro Afris immutate Africam]: hanc ὑπαλλαγὴν
rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, μετωνυμίαν
grammatici vocant, quod nomina transferuntur; Aristoteles 94
autem translationi et haec ipsa subiungit et abusionem, quam
κατάχρησιν vocant, ut cum m i n u t u m dicimus animum pro
p a r v o, et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod
delectat vel quod decet. Iam cum fluxerunt continuae plures
translationes, alia plane fit oratio; itaque genus hoc Graeci
appellant ἀλληγορίαν: nomine recte, genere melius ille, qui ista
omnia translationes vocat. Haec frequentat Phalereus maxime,
suntque dulcissima; et quamquam translatio est apud eum
multa, tamen immutationes nusquam crebriores. In idem genus 95
orationis — loquor enim de illa modica ac temperata — verbo-
rum cadunt lumina omnia, multa etiam sententiarum: latae
eruditaeque disputationes ab eodem explicabuntur et loci com-
munes sine contentione dicentur. Quid multa? e philosophorum
scholis tales fere evadunt; et nisi coram erit comparatus ille

(De orat. 3. 167). — **93.** *quod quamquam:* i metonimija bi se mogla nazvati *translatum,* jer postaje *transferendo,* ali dok se u metafori zamjenjuje riječ u značenju neprvotnom s prvotnim, u metonimiji se zamjenjuje jedna riječ s drugom. — Prvi citat potječe iz tragedije Andromahe, drugi iz anala. — **94.** *Aristoteles,* v. Poet. 21. 4. — *hæc ipsa,* t. j. metonimiju, hipalagu; *subiungit,* smješta u . . ., t. j. one su joj vrste. — *abusionem,* neprava poraba riječi, isp. De orat. 3. 169: *abutimur sæpe etiam verbo non tam eleganter quam in transferendo, sed etiam licentius, tamen interdum non impudenter, ut cum »grandem orationem« pro longa, »minutum animum« pro parvo dicimus.* — *decet,* u eufemizmima. — *confluxerunt,* perf., ponavljanje, hrv. prez. — *continuæ,* redom, uzastopce. — *alia . . . oratio,* je prijevod grč. ἀλληγορία. — *nomine,* etimološki, *genere,* logički: *ille* je Aristotel. — *frequentat* (metafora): često polaziti, često upotrebljavati. — **95.** *latæ,* opširan, t. j. nije suho pisano. — *ab eodem* sc. *oratore mediocri.* — *loci communes,* opće istine. — *sine contentione,* bez žestine, patosa. — ***coram comparatus,*** glavom porediti, t. j. da glavom metneš jednoga do drugoga, jer onda bi se očito vidjela veća vrsnoća ovoga »fortior«.

96 fortior, per se hic, quem dico, probabitur. Est enim quoddam
etiam insigne et florens orationis pictum et expolitum genus,
in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores:
hoc totum e sophistarum fontibus defluxit in forum, sed spre-
tum a subtilibus, repulsum a gravibus, in ea demum, de qua
28 loquor, mediocritate consedit. Tertius est ille amplus, copiosus,
97 gravis, ornatus, in quo profecto vis maxima est. Hic est enim,
cuius ornatum dicendi et copiam admiratae gentes eloquentiam
in civitatibus plurimum valere passae sunt, sed hanc eloquen-
tiam, quae cursu magno sonituque ferretur, quam suspicerent
omnes, quam admirarentur, quam se assequi posse diffiderent.
Huius eloquentiae est tractare animos, huius omni modo per-
movere: haec modo perfringit, modo inrepit in sensus, inserit
98 novas opiniones, evellit insitas. Sed multum interest inter hoc
dicendi genus et superiora. Qui in illo subtili et acuto elabora-
vit, ut callide arguteque diceret, nec quidquam altius cogitaret,
hoc uno perfecto magnus orator est, etsi non maximus, mini-
meque in lubrico versabitur et, si semel constiterit, numquam
cadet; medius ille autem, quem modicum et temperatum voco,
si modo suum illud satis instruxerit, non extimescet ancipites
dicendi incertosque casus: etiam si quando minus succedet, ut
saepe fit, magnum tamen periculum non adibit; alte enim
99 cadere non potest. At vero hic noster, quem principem ponimus,
gravis, acer, ardens, si ad hoc unum est natus aut in hoc solo
se exercuit aut huic generi studuit uni nec suam copiam cum

— 97. Prelazi na *genus amplum ille,* sc. *orator;* zgodno nam ga Ciceron prikazuje pokazujući gomilanjem pridjeva njegov karakter i njegovu znatnost. — *cursu magno sonituque,* t. j. poput velike i šumne rijeke. — *diffiderent;* za *genus tenue,* v. 76: *confidunt se posse dicere.* — *tractare,* frekventativno od *trahere.* — *perfringit,* v. Brutus 38. — **98.** *superiora,* prijašnjih, t. j. *genus tenue* i *medium.* — *altius,* ne misli na visoko. nego se drži nisko. — *hoc uno perfecto,* kad je to jedno postigao. — *constiterit... cadet,* slike uzete od rvanja; *constiterit,* t. j. ako se jednoć u njoj učvrstio. — *suum illud satis instruxerit,* ako se sam dovoljno opskrbio onim svojim (oruđem). — *minus succedet:* slabije će uspjeti. — **99.** *natus... exercuit... studet,* izriče tri uvjeta za govorničku vrsnoću: *natura* (φύσις), *exercitatio* (μελέτη) *studium* (ἐπιστήμη). — *suam,* t. j. koja je osobina ove vrste. — *maxime contemnendus est,* ne treba ga ni malo cijeniti. — *veteratorie,* v. 98 *callide arguteque.* — *sanus,* pri zdravoj pameti. — *tranquille* i *leniter,* su svojstva *generis medii, partite... facete* su svojstva *generis tenuis; partite,* razređeno, t. j. s valjanim razređenjem. — *auribus,*

illis duobus generibus temperavit, maxime est contemnendus; ille enim summissus, quod acute et veteratorie dicit, sapiens tamen, medius suavis, hic autem copiosissimus, si nihil est aliud, vix satis sanus videri solet. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, distincte, facete dicere, praesertim cum causae partim totae sint eo modo, partim aliqua ex parte tranctandae, si is non praeparatis auribus inflammare rem coeperit, furere apud sanos et quasi inter sobrios bacchari vinulentus videbitur.

Dio drugi

Tenemus igitur, Brute, quem quaerimus, sed animo, non 29 100
manu; nam manu si prehendissem, ne ipse quidem sua tanta
eloquentia mihi persuasisset, ut se dimitterem; sed inventus
profecto est ille eloquens, quem numquam vidit Antonius. Qui
est igitur is? complectar brevi, disseram pluribus. Is est enim
eloquens, qui et humilia subtiliter et alta graviter et mediocria
temperate potest dicere. 'Nemo is', inquies, 'umqam fuit, nedum 101
tu *videris*'. ne fuerit; ego enim, quid desiderem, non quid vide-
rim, disputo, redeoque ad illam Platonis, de qua dixeram, rei
formam et speciem, quam, etsi non cerminus, tamen animo
tenere possumus. Non enim eloquentem quaero neque quidquam
mortale et caducum, sed illud ipsum, cuius qui sit compos, sit
eloquens: quod nihil est aliud nisi eloquentia ipsa, quam nullis
nisi mentis oculis videre possumus. Is erit igitur eloquens, ut
idem illud iteremus, qui poterit parva summisse, modica
temperate, magna graviter dicere. Tota mihi causa pro Caecina 102

mj. *iis, qui audiunt; inflammare rem,* vatreno govoriti o stvari. — **100.** *tenemus ....animo,* t. j. vidimo ideal u duhu, ali je teško dostići ga. — *vidit Antonius,* v. 18. — *pluribus,* sc. *verbis,* opširnije. — **101.** *nemo is,* takav. — *forma et species,* lat. jezik često upotrebljava dvije sinonimne riječi, da pojam krepkije izrazi, dakle *forma et species* = ideja, uzor; isp. 10: *has rerum formas appellat* ἰδέας *ille... Plato, easque gigni negat et ait semper esse ac ratione et intellegentia* (opet dva sinonimna pojma za jedan) *contineri; cetera nasci, occidere, fluere, labi nec diutius esse uno et eodem statu.* — *eloquentem,* t. j. ne misli jednog govornika. — *illud ipsum,* t. j. opća svojstva i to bitna, ne obazirući se na ono, što je slučajno i u zbilji nesvršeno. — *iteremus,* t. j. što je rekao 100. — **102.** Kao primjer za *genus tenue* navodi svoj govor *Pro Cæcina,* u kojem se radilo o *docere,* za *genus medium* govor *Pro lege Manilia,* u kojem se radilo

de verbis interdicti fuit: res involutas definiendo explicavimus, ius civile laudavimus, verba ambigua distinximus. Fuit ornandus in Manilia lege Pompeius: temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. Ius omne retinendae maiestatis Rabirii

o *concitare* i *delectare,* za *genus grande* govor *Pro Rabirio,* gdje se radilo o *movere.* Kao primjer miješanja svih vrsta spominje jedan govor protiv Vera *(septem libris).* — *Cæcina.* Ciceron je branio Cecinu protiv Ebucija u parnici o smetanju posjeda. Cecina je imao primiti u posjed jedno imanje, ali mu je to pravo poricao Ebucije. Da dobije interdikt pretorov *(interdictum recuperandæ possessionis)* pa da onda može zametnuti sudbeni postupak, trebalo je, da se po rimskom pravu doista dogodi *deductio de fundo,* t. j. da ga tko s posjeda otjera. Kad je dakle jednoga dana Cecina išao do prijepornoga zemljišta, da bi se ispunio spomenuti zakonski zahtjev, Ebucije praćen od oružanih robova nije mu dao, da se približi k zemljištu. Sada je stvar došla pred sud i mjesto da se raspravljalo o pravu na posjed, cjepidlačarilo se o postupku. Cecina je naime tužio Ebucija po interdiktu: *ut unde deiectus esset* A. Cæcina, *eo restitueretur,* a Ebucije je odvraćao: *si Cæcina, cum in fundo esset, inde deiectus esset, tum per hoc interdictum eum restitui oportuisse; nunc vero deiectum nullo modo esse inde, ubi non fuerit.* Ebucije se dakle branio riječima: *reieci ego te armatis hominibus, non deieci:* odbio sam te, ali te nisam protjerao, jer nisi na zemljištu ni bio. Ciceron je dokazivao, kako kod tumačenja zakona treba više paziti na duh zakona nego na slovo, te je točnim definiranjem *(definiendo)* razložio *(explicavimus),* razmotao zamotano pitanje *(res involutas),* t. j. pravo značenje, koje je bilo riječima zamotano, prikriveno. Kad je branitelj Ebucijev, Pizon, navalio na pravnike, onda je Ciceron istakao znamenitost prava *(ius civile laudavimus)* i odredio razliku između dvoumnih riječi *(verba ambigua distinximus).* — *in Manilia*... God. 66., kad je Ciceron bio pretor, iznio je tribun Manilije prijedlog, da se vrhovno zapovjedništvo u ratu protiv Mitridata povjeri Pompeju, koji je već otprije imao veliku vlast. Optimati su se žestoko opirali prijedlogu, a osobito su ga pobijali znatan govornik Kv. Hortenzije i Kv. Lutacije Katul. Ciceron ga je zagovarao, pa je, da lakše uspije, morao Pompeja silno hvaliti *(ornandus fuit).* — *Rabirii.* Za Ciceronova konzulata (63. g.) tužio je po naputku Cezarovu tribun T. Labijen starca Rabirija, da je pred 36 godina ubio demagoga L. Apuleja Saturnina, koji je 100. g. kao pučki tribun u metežu poginuo. Tada je senat poznatom formulom: *videant consules, ne quid detrimenti res publica capiat,* bio dao Mariju izvanrednu vlast, da postupa protiv nemirnjakâ. Svrha je bila Rabirijevoj optužbi, da narod kod te parnice izjavi, smije li senat stvarati takve zaključke, kojima se gušila demokratska nastojanja. Zato nisu tužili Rabirija zbog ubojstva, jer bi onda bili sudili porotnici, nego su odabrali stari postupak *perduellionis* (veleizdaja), gdje je sudio narod u centurijatskim komicijima. Ciceronu je bilo mnogo stalo do toga, da se osudom Rabirijevom ne bi osudio onaj postupak senatov, pa je zato vatreno branio Rabirija, dokazujući, da je senat *summum auxilium maiestatis atque imperii.* U toj se dakle parnici radilo o tom *(continebatur),* da se spasi čitavo pravo narodnog veličanstva *(ius omne retinendæ maiestatis).* —

causa continebatur: ergo ibi omni genere amplificationis exar-
simus. At haec interdum temperanda et varianda sunt: quod 103
igitur in accusationis septem libris non reperitur genus, quod
in Aviti, quod in Cornelii, quod in plurimis nostris defensioni-
bus? quae exempla selegissem, nisi vel nota esse arbitrarer vel
ipsi possent legere, qui quaererent. Nulla est enim ullo in genere
laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non
perfectio, at conatus tamen atque adumbratio; non assequimur, 104
at quid sequi deceat, videmus. Nec enim nunc de nobis, sed de
re dicimus; in quo tantum abest, ut nostra miremur: etiam
usque eo difficiles ac morosi sumus, ut nobis non satis faciat
ipse Demosthenes; qui quamquam unus eminet inter omnes in
omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas: ita
sunt avidae et capaces et saepe aliquid immensum infinitumque
desiderant. Sed tamen, quoniam et hunc tu oratorem cum eius 30 105
studiosissimo Pammene, cum esses Athenis, totum diligentis-

amplificationis: Ad Her. 3. 23: *amplificatio est oratio, quæ aut in iracundiam inducit, aut ad misericordiam trahit auditoris animum;* isp. Cic., De orat. 3. 104: *summa laus eloquentiæ est amplificare rem ornando, quod valet ad augendum aliquid et tollendum altius dicendo.* — **103.** *hæc,* sc. *tria genera.* — *temperanda,* pravo miješati; *varianda* izmjenjivati, da ne bude čitav govor u jednoj vrsti. — *accusationis septem libris,* kaže naprosto *accusationis,* jer je Ciceron samo jedamput tužio, i to Vera, a ostali su govori njegovi obrane *(defensiones).* Ciceron je 70. god. tužio K. Vera *repetundarum* (poradi globljenja i loše uprave u provinciji). Govora ima sedam: 1) divinatio in Q. Cæcilium, kojim je za sebe tražio pravo, da tuži Vera; 2) actio prima, koji je govorio na sudu prikazujući ukratko sva nedjela Verova; 3) actio secunda, koja obuhvaća pet govora, koje je kasnije napisao, ali ih nije besjedio. — *Aviti,* to je obrana Kluencija Avita ili Habita, kojega je majka tužila, da je otrovao očuha (66. god.). — *Cornelii,* K. Kornelije bio je 67. god. tribun, pa je predložio neke zakone, koji su bili upereni protiv optimata. Kad je iz službe odstupio, optuže ga *maiestatis,* jer je protiv intercesije jednoga tribuna bio pročitao zakonski prijedlog. Poradi nereda nije moglo one godine doći do rasprave, nego tek 65. g. i Kornelija je sjajno branio Ciceron četiri dana uzastopce. Kasnije je Ciceron izdao tu obranu u dva govora, ali su se sačuvali samo odlomci. — **104.** *assequimur,* dodaj: cilj, svrhu. — *difficiles ac morosi,* tvrdoglav, svoje glave. — *implet,* zadovoljiti. — *avidæ,* nezasitljiv; *capaces,* rado primaju. — **105.** *sed tamen,* ako i nije Demosten sasvim savršen. — *Pammene,* retor u Ateni za vrijeme Ciceronovo; kod njega je učio Brut (Brut. 332: *quid te exercuit Pammenes, vir longe eloquentissimus Græciæ?)* — *illum posse, nos velle,* Demosten je u mnogočem savršen, a Ciceron tek nastoji, da bude. — *quo contendimus pervenire,* doći do cilja. —

❋

sime cognovisti nec eum dimittis e manibus et tamen nostra
etiam lectitas, vides profecto illum multa perficere, nos multa
conari, illum posse, nos velle, quocumque modo causa postulet,
dicere. Sed ille magnus; nam et successit ipse magnis et maxi-
mos oratores habuit aequales; nos nimis magnum fecissemus,
si quidem potuissemus, quo contendimus, pervenire in ea urbe,
106 in qua, ut ait Antonius, auditus eloquens nemo erat. Atqui si
Antonio Crassus eloquens visus non est aut sibi ipse, numquam
Cotta visus esset, numquam Sulpicius, numquam Hortensius;
nihil enim ample Cotta, nihil leniter Sulpicius, non multa gravi-
ter Hortensius, superiores magis ad omne genus apti, Crassum
dico et Antonium.

Ieiunas igitur huius multiplicis et aequabiliter in omnia
genera fusae orationis aures civitatis accepimus, easque nos
primi, quicumque orabamus et quantulumcumque dicebamus,
ad huius generis [dicendi,] audiendi incredibilia studia con-
107 vertimus. Quantis illa clamoribus adulescentuli diximus [de
supplicio parricidarum], quae nequaquam satis defervisse post
aliquanto sentire coepimus: 'Quid enim tam commune quam
spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis?
Ita vivunt dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant,
ita moriuntur, ut eorum ossa terram non tangant; ita iactantur
fluctibus, ut numquam alluantur; ita postremo eiciuntur, ut ne
ad saxa quidem mortui conquiescant', et quae sequuntur; sunt
enim omnia sicut adulescentis non tam re et maturitate quam
spe et expectatione laudati. Ab hac indole iam illa matura:
108 'uxor generi, noverca filii, filiae paelex'. Nec vero hic erat unus
ardor in nobis, ut hoc modo omnia diceremus; ipsa enim illa
[pro Roscio] iuvenilis redundantia multa habet attenuata,

106. *ieiunas,* koji nije ništa okusio, ovdje: nenavikle čemu (krivo u rječniku: nezadovoljne tim i t. d., koje zato na više teže). — *ad... incredibilia studia convertimus,* navrnuo sam ih na nevjerojatnu revnost, t. j. da nevjerojatno revno slušaju. — **107.** *adulescentuli,* sasvim mlad. Ciceronu je bilo 26 godina, kad je preuzeo obranu S. Roscija iz Amerije, kojega je bio tužio slobodnjak Sulin Hrisogon, da je ubio oca. — *defervisse,* otkipjeti. Riječi, što ih navodi, tiču se kazne ocoubojice, kojega bi osuđena živa sašili u vreću i bacili u Tiber. — *re et maturitate,* on je stekao priznanje *(laudati)* ne toliko pravom zrelošću *(re et maturitate),* nego nadom i očekivanjem, t. j. nisu još bili zreli plodovi, ali su im se od njega mogli nadati i očekivati ih. — **108.** *ab hac indole,* od ove

quaedam etiam paulo hilariora, ut pro Avito, pro Cornelio com-
pluresque aliae; nemo enim orator tam multa ne in Graeco
quidem otio scripsit, quam multa sunt nostra, eaque hanc
ipsam habent, quam probo, varietatem. An ego Homero, Ennio, 31 109
reliquis poëtis et maxime tragicis concederem, ut ne omnibus
locis eadem contentione uterentur crebroque mutarent, nonnum-
quam etiam ad cotidianum genus sermonis accederent: ipse
numquam ab illa acerrima contentione discederem? Sed quid
poëtas divino ingenio profero? Histriones eos vidimus, quibus
nihil posset in suo genere esse praestantius, qui non solum in
dissimillimis personis satis faciebant, cum tamquam in suis
versarentur, sed et comoedum in tragoediis et tragoedum in
comoediis admodum placere vidimus: ego non elaborem? Cum
dico me, te, Brute, dico; nam in me quidem iam pridem effectum 110
est, quod futurum fuit; tu autem eodem modo omnes causas
ages aut aliquod causarum genus repudiabis aut in eisdem
causis perpetuum [et] eundem spiritum sine ulla commutatione
obtinebis? Demosthenes quidem, cuius nuper inter imagines
tuas ac tuorum, quod eum, credo, amares, cum ad te in Tuscu-
lanum venissem, imaginem ex aere vidi, nihil Lysiae subtilitate
cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil levitate Aeschini
et splendore verborum; multae sunt eius totae orationes sub-
tiles, ut contra Leptinem, multae totae graves, ut quaedam
Philippicae, multae variae, ut contra Aeschinem falsae lega-

težnje (za živim i krepkim figurama, antitezama i t. d.) potječu već i one zrele riječi (t. j. iz zrelijega doba); riječi su iz govora *Pro Cluentio;* njegova je majka bila zavela kćerina muža *(uxor generi, filiæ pælex),* a njega tužila, da je ubio očuha, v. 103; nije dakle s njim postupala kao mati, nego kao maćeha *(noverca filii).* — *unus,* jedino. — *redundantia,* koja je osobitost *generis grandis,* bijaše protkana i priprostim riječima *(genus tenue)* i veselijima *(genus medium).* — *Græco otio.* Grk je imao više dokolice nego Rimljanin, kojemu su građanske dužnosti i državni poslovi oduzimali mnogo vremena. — **109.** *contentione,* žestina, patos. — *histriones,* misli glasovite glumce Roscija i Ezopa. — *personis,* uloga. — *in suis,* u svojoj struci, prvi u komediji, drugi u tragediji. — **110.** *tu,* u vatri govora bez upitne riječce. — *eundem spiritum... obtinebis:* bez prekida zadržati isti polet. — *imagines* su slike predaka *(tuorum);* provincijalci su pojedinim Rimljanima, koji su za njih stekli zasluga, iz zahvalnosti postavljali na njihovim posjedima kipove i slike *(tuas).* — poredaj: *cuius nuper, cum... venissem, vidi imaginem* ex ære inter imagines tuas et tuorum, quod... amares. — *Tusculanum,* u Tuskulu su imali vilu i Brut i Ciceron. — *levitate,* glatkoća.

tionis, ut contra eundem pro causa Ctesiphontis; iam illud medium, quotiens vult, arripit et a gravissimo descendens eo potissimum delabitur; clamores tamen tum movet et tum in
112 dicendo plurimum efficit, cum gravitatis locis utitur. Sed ab hoc parumper abeamus, quando quidem de genere, non de homine quaerimus: rei potius, id est eloquentiae, vim et naturam explicemus; illud tamen, quod iam ante diximus, meminerimus, nihil nos praecipiendi causa esse dicturos atque ita potius acturos, ut existimatores videamur loqui, non magistri; in quo tamen longius saepe progrediemur, quod videmus non te haec solum esse lecturum, qui ea multo quam nos, qui quasi docere videmur, habeas notiora, sed hunc librum, etiamsi minus nostra commendatione, tuo tamen nomine divulgari necesse est.

32
113 Esse igitur perfecte eloquentis puto non eam tantum facultatem habere, quae sit eius propria, fuse lateque dicendi, sed etiam vicinam eius ac finitimam dialecticorum scientiam assumere; quamquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio, nec idem loqui esse, quod dicere: ac tamen utrumque in disserendo est: disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi. Zeno quidem ille, a quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset; nam cum compresserat digitos pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse; cum autem diduxerat et

— 111. Od Demostenovih govora broji Ciceron u *genus tenue* govor protiv Leptina, koji je bio predložio, da se ukinu svi oprosti od državnih daća, u *genus grande* filipske govore, u *genus medium* govor protiv Eshina *περὶ παραπρεσβείας*, koji se kao atenski poslanik dao podmitti od Filipa, i najznatniji govor *ὑπὲρ Κτησιφῶντος περὶ τοῦ στεφάνου*. Ktesifont je bio poslije bitke kod Heroneje predložio, da se Demostenu poradi zasluga za državu dade na državni trošak vijenac. Protivio se Eshin tvrdeći, da je prijedlog nezakonit, pa je tužio Ktesifonta poradi nezakonitosti (*κατὰ Κτησιφῶντος*) napadajući Demostenovu politiku. Demosten je branio Ktesifonta, a tim dašto i svoju politiku. — *clamores*, v. 107. — *gravitatis*, t. j. *generis grandis*. — **112.** *existimatores*, kritici, rasudnici. — *longius progrediamur*, segnut, zaći ćemo dalje. — *nostra*, jer ju je Ciceron napisao; *tuo nomine*, jer je Brutu posvećena; potrebno je, da se knjiga proširi, ali preporuka joj ne će biti Ciceron, nego Brut. — **113.** *loqui*, govoriti, *dicere*, besjediti govor. — Govor govornika i filozofa se razlikuje, ali se ipak u tom slažu, što i jedan i drugi razlažu svoje misli *(in disserendo); ratio*, metoda, znanost. — *compresserat*, tim se tumači u 114: *ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior*. — **114.** *ex altera parte respondere: ἡ ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ*. — *huic summo*, t. j. *perfecte eloquenti*, v. 113. — *quæ ad dicendum trahi possit:* čitavo umijeće filozofijskog raspravljanja (dijalektika), koje se može primijeniti na govorništvo. — *his artibus*, t. j. filozofijske struke; *viam*, metoda. — *præcepta disserendi*, t. j. logika. — *spinosiora*, domišljat; *dialectici*, misli stoike, o kojima kaže drugdje: *ipsi se compungunt suis acuminibus*. — **115.** *illa antiqua*, t. j. Aristotelova logika, a *hac Chrysippi* stoička. Hrisip iz Sola u Kilikiji (280. do 205. pr. Kr.) razvio je stoičku nauku, koja je onda tako reći službena bila, pa se zato o njem govorilo: *εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν Στοά*. — *vim*, značenje, ovdje uopće: pojam; *quot modis ... dicatur*, sud; *quid efficiatur*, zaključak; *dividi explanarique*, divizija i particija. — *quot modis dicatur*, t. j. kakav oblik može imati misao u sintaktičnoj porabi: modalan, kauzalan, adverzativan i t. d., da li je rečenica po sebi istinita ili neistinita, a kad su riječi dvosmislene (ambigue), kako treba dvosmislenost rastavljanjem pojmova razlikovati i razjasniti. — *tenenda*, znati. — *sua sponte squalidiora*, po sebi nešto suhoparno. — **116.** *ratione et via*, dva sinonima, da pojačaju: meto-

manum dilataverat, palmae illius similem eloquentiam esse dicebat. Atque etiam ante hunc Aristoteles principio Artis 114
rhetoricae dicit illam artem quasi ex altera parte respondere dialecticae, ut hoc videlicet differant inter se, quod haec ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. Volo igitur huic summo omnem, quae ad dicendum trahi possit, loquendi rationem esse notam; quae quidem res, quod te his artibus eruditum minime fallit, duplicem habuit docendi viam; nam et ipse Aristoteles tradidit praecepta plurima disserendi, et postea, qui dialectici dicuntur, spinosiora multa pepererunt. Ego eum censeo, qui eloquentiae laude ducatur, non esse earum rerum omnino rudem, sed vel illa antiqua vel hac Chrysippi disciplina institutum: noverit primum vim, naturam, genera verborum 115
et simplicium et copulatorum; deinde, quot modis quidque dicatur; qua ratione verum falsumne sit, iudicetur; quid efficiatur e quoque; quid cuique consequens sit, quidque contrarium; cumque ambigue multa dicantur, quo modo quidque eorum dividi explanarique oporteat. Haec tenenda sunt oratori, — saepe enim occurrunt —, sed quia sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor. Et 33 116
quoniam in omnibus, quae ratione docentur et via, primum constituendum est, quid quidque sit, — nisi enim inter eos, qui disceptant, convenit, quid sit illud, quod ambigitur, nec recte disseri nec umquam ad exitum perveniri potest — explicanda

est saepe verbis mens nostra de quaque re atque involuta rei
notitia definiendo aperienda est, si quidem est definitio oratio,
quae, quid sit id, de quo agitur, ostendit quam brevissime;
tum, ut scis, explicato genere cuiusque rei videndum est, quae
sint eius generis sive formae sive partes, ut in eas tribuatur
117 omnis oratio. Erit igitur haec facultas in eo, quem volumus
esse eloquentem, ut definire rem possit, nec id faciat tam presse
et anguste, quam in illis eruditissimis disputationibus fieri
solet, sed cum explanatius, tum etiam uberius et ad commune
iudicium popularemque intellegentiam accommodatius; idem-
que etiam, cum res postulabit, genus universum in species
certas, ut nulla neque praetermittatur neque redundet, par-
tietur ac dividet. Quando autem id faciat aut quo modo, nihil
ad hoc tempus, quoniam, ut supra dixi, iudicem esse me, non
doctorem volo.

118 Nec vero dialecticis modo sit instructus, sed habeat om-
nes philosophiae notos ac tractatos locos. Nihil enim de reli-
gione, nihil de more, nihil de pietate, nihil de caritate patriae,
nihil de bonis rebus aut malis, nihil de virtutibus aut vitiis,
nihil de officio, nihil de dolore, nihil de voluptate, nihil de per-
turbationibus animi et erroribus, quae saepe cadunt in causas
et ieiunius aguntur, nihil inquam, sine ea scientia, quam dixi,

---

dički. — *inter eos convenit,* ako nisu složni. — *mens nostra,* što mi kod neke riječi ili stvari pomišljamo. — *notitia* = *notio,* Ciceron ih češće upotrebljava bez razlike; *involuta,* zastrt, taman pojam stvari definicijom razjasniti. — *formæ* ili species, *εἴδη;* primjer za razlikovanje roda i vrsta daje Ciceron u Topica 3: *si ita Fabiæ pecunia legata est, si ea uxor mater familias esset; si ea in manum non convenerat, nihil debetur. — Genus est enim uxor; eius duæ formæ: una matrum familias, earum, quæ in manum convenerunt; altera earum, qua tantummodo uxores habentur; qua in parte cum fuerit Fabia, legatum ei non videtur.* — *in eas tribuatur,* t. j. da se naš govor dijeli i razvija prema tom razlikovanju. — **117.** *presse et anguste,* su svojstva prave znanstvene definicije, ali govornik mora dati takvu definiciju, da ga mogu i obični ljudi razumjeti; *explanatius, uberius:* jasnija i opširnija, t. j. da ima više biljega (oznaka). — *redundet:* izobilja biti, onda: previše je. — *partietur ac dividet,* trpa sinonimne riječi po svoj prilici poradi simetrije s *prætermittatur neque redundet.* — *nihil ad hoc tempus,* ne pripada ovamo (zato ne će o tom ni govoriti). — *iudicem,* kao 112. *existimatores.* — **118.** *dialecticis,* srednji rod; govornik mora da pozna sve dijelove *(locos)* filozofije, i to teoretički *(notos)* i praktički *(tractatos).* — *perturbationibus animi,* strasti, grč. *πάθη* (isp. Tusc. disp. 4, 5, 9: *quæ Græci πάθη vocant,*

graviter, ample, copiose dici et explicari potest. De materia 34
loquor orationis etiam nunc, non genere de ipso dicendi; volo 119
enim prius habeat orator rem, de qua dicat, dignam auribus
eruditis, quam cogitet, quibus verbis quidque dicat aut quo-
modo; quem etiam, quo grandior sit et quodammodo excelsior,
ut de Pericle dixi supra, ne physicorum quidem esse ignarum
volo: omnia profecto, cum se a caelestibus rebus referet ad
humanas, excelsius magnificentiusque et dicet et sentiet; cum- 120
que illa divina cognoverit, nolo ignoret ne haec quidem hu-
mana: ius civile teneat, quo egent causae forenses cotidie; quid
est enim turpius, quam legitimarum et civilium controversia-
rum patrocinia suscipere, cum sis legum et civilis iuris igna-
rus? Cognoscat etiam rerum gestarum et memoriae veteris
ordinem, maxime scilicet nostrae civitatis, sed etiam imperio-
sorum populorum et regum illustrium. Quem laborem nobis
Attici nostri levavit labor, qui conservatis notatisque tempo-
ribus, nihil cum illustre praetermitteret, annorum septingen-
torum memoriam uno libro colligavit. Nescire autem, quid,
ante quam natus sis, acciderit, id est semper esse puerum; quid
enim est aetas hominis, nisi ea memoria rerum veterum cum
superiorum aetate contexitur: commemoratio autem antiqui-
tatis exemplorumque prolatio summa cum delectatione et
auctoritatem orationi affert et fidem.

Sic igitur instructus veniet ad causas, quarum habebit 121

---

nobis perturbationes appellari magis placet quam morbos). — *quæ,* srednji rod, proteže se na sve prijašnje riječi. — *ieiunius aguntur,* tko nije učio filozofije, ne može o spomenutim stvarima raspravljati temeljito i opširno, nego *sasvim mršavo.* — **119.** *de materia,* t. j. o naukama, koje mogu dati govorniku tako reći građu, da može govoriti *graviter, ample, copiose,* a ne o načinu govora, t. j. o stilističkom dijelu. — *eruditus,* obrazovan. — *quem etiam,* pače. — *supra,* v. 15. — *physicorum,* srednji rod od *physica:* fizika, ali fizika je za ono vrijeme širi pojam, jer je spojena s metafizikom i kozmologijom. — *se referet,* upravo: vratiti se, ovdje: prijeći (u govoru). Ciceron s pravom ističe, da visoka i stroga nauka diže čovjeka te onda plemenitije govori i uzvišenije misli. — **120.** *divina* je metafizika. — *teneat,* znati. — *egent,* trebati (= iziskivati). — *legitimarum et civilium: legitimus,* zakonom određen; *causæ legitimæ,* što se vode po zakonu; *civiles,* o građanskom pravu. — *ordinem,* kronologija. — *imperiosorum,* moćnih, mi bismo rekli: velevlast. — *Attici labor,* u knjizi *annalis.* — *conservatis notatisque temporibus,* sačuvati kronološki red i označiti vrijeme. — *memoria,* je ablativ. — **121.** *ad causas,* prelazi na retoriku samu. — *controversiam faciat,*

genera primum ipsa cognita. Erit enim ei perspectum nihil
ambigi posse, in quo non aut res controversiam faciat aut
verba: res aut de vero aut de recto aut de nomine, verba aut
de ambiguo aut de contrario; nam si quando aliud in sententia
videtur esse, aliud in verbis, genus est quoddam ambigui, quod
ex praeterito verbo fieri solet; in quo, quod est ambiguorum
35 122 poprium, res duas signaficari videmus. Cum tam pauca sint
genera causarum, etiam argumentorum praecepta pauca sunt:
traditi sunt, e quibus ea ducantur, duplices loci, uni e rebus
ipsis, alteri assumpti. Tractatio igitur rerum efficit admira-
bilem orationem; nam ipsae quidem res in perfacili cognitione
versantur; quid enim iam sequitur, quod quidem artis sit, nisi
ordiri orationem, in quo aut concilietur auditor aut erigatur aut
paret se ad discendum; rem breviter exponere et probabiliter et
aperte, ut, quid agatur, intellegi possit; qua confirmare, adver-
saria evertere, eaque efficere non perturbate, sed singulis ar-
gumentationibus ita concludendis, ut efficiatur, quod sit con-
sequens iis, quae sumentur ad quamque rem confirmandam;
post omnia peroratione inflammantem restinguentemve con-
cludere? Has partes quemadmodum tractet singulas, difficile
123 dictu est hoc loco; nec enim semper tractantur uno modo;
quoniam autem non, quem doceam, quaero, sed, quem probem,

biti prijeporan. — *de vero,* t. j. je li događaj istinit ili nije; *de recto,,* je li pravedan ili nije; *de nomine,* t. j. kako se ima nazvati. — *ex præterito verbo,* što se izostavila koja riječ. — *in quo,* a u tom slučaju. — *proprium,* osobina. — **122.** *pauca,* kako su samo dvije vrste: *res* i *verba,* to ima i malo pravila za dokaze. — *loci,* izvori. — *assumpti* (sc. *foris*); vanjski; primjer je za takav dokaz De orat. 2. 173: *hoc verum est, dixit enim Q. Lutatius.* — *tractatio,* istaknuto na prvom mjestu, jer kad si našao građu i kad znaš teoretički izvore, iz kojih ćeš ih crpsti, nije baš lako znati je obraditi, a *obradba čini govor admirabiliorem.* — *in perfacili cognitione versantur,* mogu se veoma lako upoznati. — *sequitur,* još preostaje. — *artis sit,* što pripada retorici. — *ordiri* (exordium), *rem... exponere (narratio); sua confirmare, adversaria evertere (argumentatio,* t. j. *confirmatio* i *refutatio); concludere (peroratio).* — *in quo aut...:* zadaća je *exordii,* da slušatelje učini naklone, pažljive, poučljive. — *probabiliter,* t. j. bez pretjeravanja (tako da nam se vjeruje). — *non perturbate,* ne zbrkano, nego da pojedini dokaz do kraja provedemo tako, da i slijedi (efficitur) ono, što je posljedica *(quod sit consequens)* premisa *(iis quæ sumentur)* za ono, što hoćemo da dokažemo *(ad rem confirmandam).* — *inflammantem restinguentemve,* participi prezenta u službi relativne finalne rečenice. — **123.** *probem,* priznati za uzor, pravim govornikom. — *sit moderator,* da zgodno upotrebljava ... ili: da

probabo primum eum, qui, quid deceat, viderit. Haec enim sa-
pientia maxime adhibenda eloquenti est, ut sit temporum per-
sonarumque moderator; nam nec semper nec apud omnes nec
contra omnes nec pro omnibus nec omnibus eodem modo di
cendum arbitror. Is erit ergo eloquens, qui ad id, quodcumque 36
decebit, poterit accommodare orationem. Quod cum statuerit,
tum, ut quidque erit dicendum, ita dicet: nec satura ieiune nec
grandia minute, nec item contra, sed erit rebus ipsis par et
aequalis oratio: principia verecunda, nondum elatis incensa ver- 124
bis, sed acuta sententiis vel ad offensionem adversarii vel ad
commendationem sui; narrationes credibiles nec historico, sed
prope cotidiano sermone explicatae dilucide; dein si tenuis
causa erit, etiam argumentandi tenue filum, et in docendo et
in refellendo, idque ita tenebitur, ut, quanta ad rem, tanta ad
orationem fiat accessio; cum vero causa ea inciderit, in qua vis 125
eloquentiae possit exprimi, tum se latius fundet orator, tum
reget et flectet animos et sic afficiet, ut volet, id est ut causae
natura et ratio temporis postulabit. Sed erit duplex omnis eius
ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum hono-
rem eloquentia. Nam cum omnis pars orationis esse debet lau-
dabilis (sic ut verbum nullum, nisi aut grave aut elegans exci-
dat), tum sunt maxime luminosae et quasi actuosae partes
duae: quarum alteram in universi generis quaestione pono,
quam, ut supra dixi, Graeci appellant θέσιν, alteram in augen-
dis amplificandisque rebus, quae ab eisdem αὔξησις est no-
minata; quae etsi aequaliter toto corpore orationis fusa esse 126

se zna čemu prilagoditi. — *satura,* bujan. — *minute,* sićušno. — **124.** *principia verecunda,* v. De orat. II. 315. — *historico,* jer su povjesničari pisali kićeno, opširno, u pripovijedanje uvrštavali opise, govore i t. d. — *filum,* metafora kao i u nas: nit. — *tenebitur,* sc. *filum* ili *decorum:* držati se čega. — *accessio,* da govor raste kao i stvar, t. j. kako su stvari znatnije, tako neka bude i stil krepkiji i sjajniji. — 125. *elegans,* biran, ukusan. — *luminosæ,* sjajan. — *actuosæ* (ad agere), snažan, od velikog utjecaja. — *in universi generis quæstione,* t. j. θέσις ili *quæstio infinita* ili *universi generis,* kad se stvar obrađuje s općih gledišta bez obzira na određena lica i slučajeve. — *amplificandis rebus,* v. 102. 126. *proprii singularum...:* opća razmatranja *(loci communes)* kao *de amicitia, de religione* i t. d. ne smiju biti prikrpana govoru, nego treba da izviru iz same stvari, kao da upravo njoj pripadaju *(proprii).* — *continet:* često zavisi uspjeh čitave parnice o tom, kako prikažemo jednu *quæstio universi generis:* *pars... totas causas continet:* čitave parnice ovise o onom dijelu; na pr. treba

debet, tamen in communibus locis maxime excellet, qui com-
munes appellati eo *sunt,* quod videntur multarum idem esse
causarum, sed proprii singularum esse debebunt. At vero illa
pars orationis, quae est de genere universo, totas causas saepe
continet; quidquid est enim illud, in quo quasi certamen est con-
troversiae, quod Graece κρινόμενον dicitur, id ita dici placet, ut
traducatur ad perpetuam quaestionem atque ut de universo ge-
nere dicatur, nisi cum de vero ambigitur, quod quaeri coniec-
127 tura solet. Dicetur autem non Peripateticorum more, — est
enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Aristotele con-
stituta, — sed aliquanto nervosius, et ita de re communia di-
centur, ut et pro reis multa leniter dicantur et in adversarios
aspere. Augendis vero rebus et contra abiciendis nihil est,
quod non perficere possit oratio; quod et inter media argu-
menta faciendum est, quotienscumque dabitur vel amplificandi
vel minuendi locus, et paene infinite in perorando.

37
128 Duo restant, quae bene tractata ab oratore admirabilem
eloquentiam faciant; quorum alterum est, quod Graeci ἠθικὸν
vocant, ad naturas et ad mores et ad omnem vitae consuetu-
dinem accommodatum, alterum, quod idem παθητικὸν nomi-
nant; quo perturbantur animi et concitantur, in quo uno regnat
oratio; illud superius come, iucundum, ad benevolentiam con-
ciliandam paratum, hoc vehemens, incensum, incitatum, quo
causae eripiuntur; quod cum rapide fertur, sustineri nullo

li braniti nekoga, koji je ubio buntovnika, govornik će raspravivši opće pitanje, da je slobodno buntovnika ubiti, ujedno izbaviti i svoga štićenika. Drugi shvaćaju ovo mjesto ovako: onaj dio obuhvaća čitave parnice, jer ono, što u njem treba odlučiti, riješiti, pripada i drugim sličnim parnicama, koje se tim također rješavaju. Po značenju se obadva tumačenja ne razlikuju bitno. — *Κρινόμενον* prevodi Ciceron u Top. 25. 95: qua de re agitur. — *ut traducatur ad perpetuam quæstionem,* da se svede na opće pitanje; *perpetuus,* neprekidan, opći. — *de vero,* kad se radi o tom, da li je neka stvar istinita ili nije, onda je to dašto konkretan slučaj, a ne opći. — **127.** *more*, jer način filozofâ ne bi pristao govorniku, koji treba da je krepkiji, ratoborniji. — *de re,* t. j. o konkretnom slučaju, isp. 126.: *ut traducatur ad ... quæstionem.* — *abiciendis,* umanjiti, oslabiti, oboriti. — *inter media argumenta: amplificatio* i *attenuatio* mogu se uvrstiti i usred govora u *argumentatio,* ali u *peroratio* je njihovo neograničeno *(infinite)* polje. — 128. *perturbantur,* uzbuniti; *concitantur,* razdražiti. — *in quo uno regnat,* jedino u tom je sva snaga (sav uspjeh) govora. — *eripiuntur,* t. j. *e manibus adversariorum.* — **129.** *mediocres,* isp. 103. — *statu,* položaj (uzeto od

pacto potest. Quo genere nos mediocres aut multo etiam 129
minus, sed magno semper usi impetu saepe adversarios
de statu omni deiecimus: nobis pro familiari reo summus
orator non respondit Hortensius; a nobis homo audacissi-
mus Catilina in senatu accusatus ommutuit; nobis privata
in causa magna et gravi cum coepisset Curio pater respondere,
subito assedit, cum sibi venenis ereptam memoriam diceret.
Quid ego de miserationibus loquar? quibus eo sum usus pluri- 130
bus, quod, etiam si plures dicebamus, perorationem mihi ta-
men omnes relinquebant; in quo ut viderer excellere, non inge-
nio, sed dolore assequebar. Quae qualiacumque in me sunt, —
me enim ipsum non paenitet, quanta sint, — sed apparent in
orationibus; etsi carent libri spiritu illo, propter quem maiora
eadem illa, cum aguntur, quam, cum leguntur, videri solent.
Nec vero miseratione solum mens iudicum permovenda est — **38** 131
qua nos ita dolenter uti solemus, ut puerum infantem in mani-
bus perorantes tenuerimus, ut alia in causa excitato reo nobili,
sublato etiam filio parvo, plangore et lamentatione compleri-
mus forum —, sed est faciendum etiam, ut irascatur iudex, mi-
tigetur, invideat, faveat, contemnat, admiretur, oderit, diligat,
cupiat, satietate afficiatur, speret, metuat, laetetur, doleat;
qua in varietate duriorum accusatio suppeditabit exempla, mi-
tiorum defensiones meae. Nullo enim modo animus audientis 132
aut incitari aut leniri potest, qui modus a me non temptatus sit,
— dicerem perfectum, si ita iudicarem, nec in veritate crimen

rvača). — *pro familiari reo,* t. j. za Vera. — *Catilina,* kad je Ciceron 8. studenoga 63. god. u senatu (u hramu Jupitera Statora) govorio svoj prvi govor na glasu poradi prvih riječi: *quousque tandem ...* — *Curio pater,* za razliku od sina Kaja, također govornika; događaj pripovijeda Ciceron u Brut. 217: *in iudicio privato vel maximo, cum ego pro Titinia Cottæ peroravissem* (kad sam ja za Titiniju izrekao zaglavni govor, da poduprem Kotu), *ille contra me pro Ser. Nævio diceret, subito totam causam oblitus est idque veneficiis et cantionibus Titiniæ factum esse dicebat.* — *venenis, činima.* — **130.** *plures,* ako je i bilo više branitelja, ipak su svi ostavljali Ciceronu, da govori zaglavni govor. — *dolor,* ganuće. — *quanta,* u značenju *quam parva.* — *libri,* napisani govori, mi bismo rekli: mrtvo slovo. — **131.** *dolenter,* ganutljivo. — *puerum ... tenuerimus,* da jače gane slušatelje. — *excitato,* pozvati da se digne, da ustane. — *satietate afficiatur,* da mu se zgadi. — *in qua varietate: qua* je mjesto genitiva, kao *hic dolor* mj. *dolor huius rei:* u toj različnosti (t. j. čuvstava, što ih govornik treba pobuditi). — *exempla duriorum: duriorum* je srednji rod:

arrogantiae extimescerem; — sed, ut supra dixi, nulla me ingenii, sed magna vis animi inflammat, ut me ipse non teneam; nec umquam is, qui audiret, incenderetur, nisi ardens ad eum perveniret oratio. Uterer exemplis domesticis, nisi ea legisses, uterer alienis, vel Latinis, si ulla reperirem, vel Graecis, si deceret; sed Crassi perpauca sunt nec ea iudicorum; nihil Antonii, nihil Cottae, nihil Sulpicii; dicebat melius, quam scripsit
133 Hortensius; verum haec vis, quam quaerimus, quanta sit, suspicemur, quoniam exemplum non habemus, aut si exempla sequimur, a Demosthene sumamus, et quidem perpetuae dictionis ex eo loco, unde in Ctesiphontis iudicio de suis factis, consiliis, meritis in rem publicam aggressus est dicere: ea profecto oratio in eam formam, quae est insita in mentibus nostris, includi sic potest, ut maior eloquentia ne requiratur quidem.

Dalje govori o stilističkoj obradbi govora, o kićenju figurama (**39,** 134—**40,** 139), *pa opširno o skladnom namještanju riječi i gradnji perioda* (**41,** 140—**71,** 236). *Prije nego stane razlagati o namještanju riječi, odbija prigovore, koji bi se mogli dići protiv njega, što kao državnik naučava retoriku* (**41,** 140—**43,** 148). *Povrativši se na predmet i navodeći primjere prikazuje namještanje riječi po zakonima blagoglasja* (**44,** 149—**49,** 164), *zaobljenosti perioda* (**49,** 164—**50,** 167), *o ritmu* (**50,** 168—**71,** 236) *i to: o razvitku ritmičkog stila* (**50,** 168—**51,** 173), *o postanju ritma* (**52,** 174—176), *o uzroku njegovu* (**53,** 177—178), *prirodi njegovoj* (**53,** 179—**60,** 203) *pa o porabi i koristi njegovoj* (**61,** 204—**71,** 236).

Završetak. To je njegov ideal govornika. Ako se Brut s njime ne slaže i ima svoj ideal, ne će tvrditi, da je njegov istinitiji. Ako Brut ne odobrava, što je Ciceron razložio, to se prihvatio jalova posla ili nije iz ljubavi prema prijatelju valjano ocijenio svoje sile, pa se nerazborito dao na taj posao.

žešćih, silnijih (čuvstava); *accusatio.* v. 103. — **132.** *in veritate,* doista; da pravo, iskreno kažem. — *supra,* v. 130. — *domesticis,* domaći, t. j. moji, uzeti iz mojih knjiga. — *perpauca* sc. *exempla.* — *iudiciorum,* a i ti nisu sudbeni. — **133.** *vis,* sc. *inflammandi.* — *suspicemur,* stvoriti sebi sliku o čem; *sequimur,* ići za . . ., tražiti. — *perpetuæ dictionis,* suvisao govor, t. j. nije malen odlomak ili jedno kratko mjesto, gdje je govornikova riječ patetična, nego je odulji suvisao govor. — *ex eo loco,* od onoga mjesta, odanle. — *ea profecto oratio . . . includi sic potest,* tako je prema onom uzoru (savršena gvornika), koji mu je usađen u dušu, da ni ne treba tražiti veće, savršenije rječitosti.

TUSCULANARUM DISPUTATIONUM

LIBER PRIMUS

De contemnenda morte

Cum defensionum laboribus senatoriisque muneribus aut 1 1
omnino aut magna ex parte essem aliquando liberatus, rettuli me, Brute, te hortante maxime ad ea studia, quae retenta animo, remissa temporibus, longo intervallo intermissa revocavi, et cum omnium artium, quae ad rectam vivendi viam pertinerent, ratio et disciplina studio sapientiae, quae philosophia dicitur, contineretur, hoc mihi Latinis litteris illustrandum putavi, non quia philosophia Graecis et litteris et doctoribus percipi non posset, sed meum semper iudicium fuit omnia nostros aut invenisse per se sapientius quam Graecos aut accepta ab illis fecisse meliora, quae quidem digna statuissent, in quibus ela-

1. Razlaže, što ga je potaklo, da se opet prihvatio filozofije, koju želi latinskim jezikom razjasniti. U svojoj rodoljubnoj pretjeranosti ističe, kako su Rimljani nadvisili Grke državnim i građanskim uredbama, a u onim kulturnim granama, oko kojih su se ozbiljno trudili, bar su ravni Grcima, ako ih nisu i prestigli, a zaostali su samo u onima, za koje se nisu mnogo zanimali. Kako se filozofija nije do sada kod njih njegovala, on će o njoj pisati i pišući koristiti svojim zemljacima potičući ih na učenje filozofije. — *aut . . . aut,* ako ne sasvim . . . a ono bar . . . — *aliquando,* ipak jednom. — *rettuli me,* vratio sam se. — *retenta animo,* u srcu zadržati. — *remissa,* upravo: učiniti, da što popusti, prevedi aktivno: popustiti u čem; *temporibus,* poradi nepovoljnih prilika vremena; *longo intervallo,* t. j. za građanskog rata. — *intermissa,* prekinuti. — *revocavi,* upravo: povratiti, ponoviti, ovdje: opet se prihvatiti. — *artium,* znanost. — *viam,* staza, put, način. — *continerctur,* osniva se na. — *ratio et disciplina* (hendiadyoin): sistematska obradba. — *sed meum . . . fuit,* zapravo bi poslije *sed* imalo biti *quia,* ali je prešao na samostalnu rečenicu. — *digna statuissent,* što su držali vrijednim, da . . . — **2.** *temptaverunt,* urediti, upravljati. — *quid*

2 borarent. Nam mores et instituta vitae resque domesticas ac
familiares nos profecto et melius tuemur et lautius, rem vero
publicam nostri maiores certe melioribus temperaverunt et in-
stitutis et legibus. Quid loquar de re militari? in qua cum vir-
tute nostri multum valuerunt, tum plus etiam disciplina. Iam
illa, quae natura, non litteris assecuti sunt, neque cum Graecia
neque ulla cum gente sunt conferenda. Quae enim tanta gra-
vitas, quae tanta constantia, magnitudo animi, probitas, fides,
quae tam excellens in omni genere virtus in ullis fuit, ut sit
3 cum maioribus nostris comparanda? Doctrina Graecia nos et
omni litterarum genere superabat; in quo erat facile vincere
non repugnantes. Nam cum apud Graecos antiquissimum e
doctis genus sit poetarum, siquidem Homerus fuit et Hesiodus
ante Romam conditam, Archilochus regnante Romulo, serius
poeticam nos accepimus. Annis fere DX post Romam conditam
Livius fabulam dedit C. Claudio, Caeci filio, M. Tuditano con-
2 sulibus anno ante natum Ennium. Sero igitur a nostris poetae
vel cogniti vel recepti. Quamquam est in »Originibus« solitos
esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum homi-
num virtutibus, honorem tamen huic generi non fuisse decla-
rat oratio Catonis, in qua obiecit ut probrum M. Nobiliori,
quod is in provinciam poetas duxisset; duxerat autem consul

loquar, figura: præteritio. — *iam,* nadalje. — *natura,* prirođenim darom. — *quæ.. .in ullis fuit,* prevedi: je li u koga bilo..., a *quæ* izostavi. — 3. *repugnantes,* jer se nismo opirali, t. j. nismo ni pokušali s njima se natjecati. — *cum,* adverzativno. — *e doctis,* obrazovani ljudi. — *genus pœtarum* = *pœtæ.* — *serius,* mnogo kasnije. — *annis fere DX...,* točnije 240., kad je Livije Andronik iznio na pozornicu prvu dramu izrađenu po grčkoj. — *fabulam dedit: fab. dare* ili *docere,* znači dramu prikazivati ili iznijeti na pozornicu. — *recepti,* jer su najstariji pjesnici rimski bili stranci, a nisu bili iz Rima. — *est,* nalazi se, čitamo. — *in Originibus. Origines* se zvalo povijesno djelo staroga M. Porcija Katona u 7 knjiga, u kojem je govorio o podrijetlu i povijesti italskih plemena i o najstarijoj povijesti rimskoj do svojega vremena. — *in epulis canere.* Te su se narodne pjesme zvale *carmina convivalia,* a u njima su se slavila slavna djela predaka, da se raspali rodoljubno čuvstvo. Taj običaj trajao je još za drugog punskog rata, a u Ciceronovo vrijeme nije više bilo tih pjesama, pa Ciceron žali za njima (Brut. 75). — *ad tibicinem* = *ad cantum tibicinis* = *ad tibiam,* uz pratnju frule. — *honorem non fuisse huic generi,* pjesnici se nisu cijenili; *generi,* v. 3. *genus pœtarum,* dakle = *pœtis.* — *quod... duxisset,* konjunktiv, jer je to Katonovo mišljenje. — *responderunt,* odgovarati, t. j. ravan

ille in Aetoliam, ut scimus, Ennium. Quo minus igitur honoris
erat poetis, eo minora studia fuerunt, nec tamen, si qui magnis
ingeniis in eo genere extiterunt, non satis Graecorum gloriae
responderunt. An censemus, si Fabio, nobilissimo homini, laudi 4
datum esset, quod pingeret, non multos etiam apud nos futuros
Polyclitos et Parrhasios fuisse? Honos alit artes, omnesque
incenduntur ad studia gloria, iacentque ea semper, quae apud
quosque improbantur. Summam eruditionem Graeci sitam cen-
sebant in nervorum vocumque cantibus; igitur et Epaminon-
das, princeps meo iudicio Graeciae, fidibus praeclare cecinisse
dicitur, Themistoclesque aliquot ante annos cum in epulis re-
cusaret lyram, est habitus indoctior. Ergo in Graecia musici
floruerunt discebantque id omnes, nec, qui nesciebat, satis
excultus doctrina putabatur. In summo apud illos honore geo- 5
metria fuit, itaque nihil mathematicis illustrius; at nos metiendi
ratiocinandique utilitate huius artis terminavimus modum.

At contra oratorem celeriter complexi sumus, nec eum 3
primo eruditum, aptum tamen ad dicendum, post autem eru-

biti. — 4. *Polyclitos...,* Ciceron spominje uz slikara Parasija i kipara Poliklita držeći, da su te dvije umjetnosti slične, ali bi moglo biti i to, da se je Ciceron zabunio, pa je slikara Polignota zamijenio kiparom Poliklitom. — *honos alit artes,* postalo poslovično; Seneca, Epist 112 16: *laus alit artes.* — *iacent* = *negleguntur; apud quosque,* kod svakoga naroda; Ciceron pomišlja, da se jedna umjetnost ne cijeni u ovoga, druga opet u onoga naroda, a gdje se ne cijeni, ondje se i zapušta. — *in nervorum vocumque cantibus:* guđenje i pjevanje. — *igitur,* meće Ciceron na prvo mjesto samo u zaključku. — *aliquot ante annos,* dijeli ih nešto više od 100 godina. — *id* sc. *musicam,* koji je pojam sadržan u *musici.* — *satis excultus doctrina,* dosta obrazovan. — 5. *utilitate,* dok su Grci njegovali te nauke poticani željom za znanjem samim, Rimljani su se bavili oko geometrije i matematike samo toliko, koliko su im bile potrebne za svakidašnji život. — *terminavimus modum,* objekt sličnoga značenja, kojega je i glagol (u neku ruku figura etymologica): odredili smo svrhu, granicu. — *huius artis,* toj znanosti. — *oratorem (= eloquentem),* metonimija; *nec eum,* i to ne; *eruditum,* teoretski obrazovan, t. j. od grčkih učitelja. — *studiosum,* dok su oni prvi *docti,* jer su sebi pribavili grčku obrazovanost, zove Katona samo *studiosum,* sc. *doctrinæ,* jer se tek pod stare dane dao na učenje grčke književnosti. — *ætate anteibat,* Katon je bio stariji od Scipiona do 50 godina. — *inde ita magnos ad nostram ætatem,* poslije Grakâ najznatniji su bili L. Licinije Kras, M. Antonije, K. Aurelije Kota, K. Sulpicije Ruf i Kv. Hortenzije. — *cederetur,* bezlično, prevedi lično: da nismo zaostali. — *iacuit,* upravo: ležala je: zanemaren biti.

ditum. Nam Galbam, Africanum, Laelium doctos fuisse traditum est, studiosum autem eum, qui iis aetate anteibat, Catonem, post vero Lepidum, Carbonem, Gracchos, inde ita magnos nostram ad aetatem, ut non multum aut nihil omnino Graecis cederetur. Philosophia iacuit usque ad hanc aetatem nec ullum habuit lumen litterarum Latinarum; quae illustranda et excitanda nobis est, ut, si occupati profuimus aliquid civibus nostris, prosimus etiam, si possumus, otiosi.
6 In quo eo magis nobis est elaborandum, quod multi iam esse libri Latini dicuntur scripti inconsiderate ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis. Fieri autem potest, ut recte quis sentiat et id, quod sentit, polite eloqui non possit; sed mandare quemquam litteris cogitationes suas, qui eas nec disponere nec illustrare possit nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis et otio et litteris. Itaque suos libros ipsi legunt cum suis, nec quisquam attingit praeter eos, qui eandem licentiam scribendi sibi permitti volunt. Quare si aliquid oratoriae laudis nostra attulimus industria, multo studiosius philosophiae fontes aperiemus, e quibus etiam illa manabant.

Što je Ciceron u 5 dana s prijateljima raspravljao na svojem imanju u Tuskulu, to će razložiti u 5 knjiga u obliku dijaloga tako, da najprije netko razloži svoje mišljenje, a njemu onda odgovara Ciceron (7—9).

Uvod. *Pobija se tvrdnja, da je smrt zlo: nije zlo za mrtve, jer su strahote podzemnoga svijeta izmišljotine pjesnika* (9—11),

— *nec ullum habuit lumen*..., nije bila sjajno prikazana u rimskoj književnosti ili: nije imala sjajnih zastupnika u... — *excitanda,* opreka od: iacuit. — *occupati,* t. j. javnim poslovima; *otiosi,* dokolan, radeći književno. — 6. *inconsiderate,* bez plana. — *ab optimis viris,* sed *non satis eruditis,* oni doduše veoma dobri ljudi, ali...; *eruditis,* v. 5; i mi znamo za koga reći, da je sasvim dobar čovjek, ali ipak ne vrijedi za ovo ili ono. Ciceron ovdje misli Amafinija, Rabirija, Katija, koji su bili prikazali Epikurovu filozofiju. — *et,* a ipak. — *disponere ... illustrare,* misli dispoziciju i elokuciju. — *intemperanter abutentis otio et litteris,* mi bismo rekli: uzalud trošiti vrijeme i papir. — *cum suis,* t. j. sa svojim pristašama. — *si ... attulimus,* sc. *Romanis.* — *illa* se proteže na *aliquid oratoriæ laudis,* ako je svojim govorništvom pribavio Rimljanima kakvu slavu, to je ta slava upravo u filozofiji.

a ako smrt sasvim uništi čovjeka, onda mrtvi ne mogu biti nesretni (11—14); *nije zlo za žive, jer smrt nije uopće zlo* (14—15), *dakle nije zlo ni nužda umiranja, kojom prelazimo u stanje, koje nije zlo* (16). *Raspravljanje će po želji slušalaca biti suvislo* (16 do 17). *Nabraja različna mišljenja o duši i smrti i tvrdi, da je smrt ili potpuno uništenje duše ili je prijelaz u sretnije stanje. Najprije će govoriti o drugom slučaju* (17—25).

A. Duša je po svoj prilici besmrtna, pa je dakle smrt dobro. Besmrtnost duše dokazuje vjerovanje starih vremena (26—28), *a to se vjerovanje jednako nalazi u svih naroda, dakle im je prirođeno. Život poslije smrti pomišljaju ljudi sebi svakojako, osuditi treba pričanja pjesnikā. Kad se duša, koja je nalik duhu ili vatri, rastavi s tijelom, diže se brzo u vis; nastani se na zvijezdama i promatrajući stvari živi sretno* (29—49). *Pobija prigovor, da duše ne možemo pomišljati bez tijela* (50—52). *Platonov dokaz* (53 do 55). *Duša se sama od sebe kreće, nema početka, dakle ni svršetka. Da je neumrla, dokazuju njezina svojstva: nije sastavljena, dakle se ne može ni razriješiti poput životinjskog organizma; njezine sposobnosti, kao pamćenje, stvaralačka snaga potječu od božanstva, dakle su vječne* (56—66). *Nije znatan prigovor, da duša ne pozna ni svoj oblik ni mjesto, gdje je. Kao što se iz divnoga sklada u svemiru zaključuje, da jest bog, kojemu nitko ne zna za oblik ni mjesto, tako se može po božanskim svojstvima duše zaključiti, da postoji. Još jednom ističe, da se duša ne da dijeliti, dakle se ne može ni uništiti* (67—71). *Vjera u besmrtnost ima veliku snagu, utječe na preziranje smrti, kako svjedoče primjeri. Primjer o Katonu daje povoda, da govori o samoubojstvu. Po Platonu je čitav život filozofa samo priprava na smrt* (71—75).

Kao pristaša novije akademije, koja je običavala o svakoj stvari in utramque partem disputare *Ciceron opaža, da neki iznose razloge protiv besmrtnosti duše* (76—78). *Odbija razloge, što ih je iznio Panecije protiv Platona* (79—81).

B. Ali i ako duša propada zajedno s tijelom, smrt nije zlo (82—111). *Smrću prestaje osjećanje, a čuvstva bola na umoru ili nema ili nije znatno, jer je kratkotrajno* (82). *Što smrću gubimo zemaljska dobra, to nije nesreća, jer smrt nas oslobađa mnogih zala*

(83—84), *mrtvi ne trebaju ništa* (87—88). *To pokazuju mnogi primjeri preziranja smrti* (89). *Stanje bešćutnosti nije samo po sebi zlo, jer mrtvi ne osjećaju* (90). *Ali ako nas smrt i čeka, mudrac se ipak brine za državu, za svoje i za svoje ime* (91). *San je slika smrti* (92). *Rana smrt nije nevolja.*

39 93 Pellantur ergo istae ineptiae paene aniles, ante tempus mori miserum esse. Quod tandem tempus? Naturaene? At ea quidem dedit usuram vitae tamquam pecuniae nulla praestituta die. Quid est igitur, quod querare, si repetit, cum vult? ea enim condicione acceperas. Iidem, si puer parvus occidit, aequo animo ferendum putant, si vero in cunis, ne querendum quidem. Atqui ab hoc acerbius exegit natura, quod dederat. »Nondum gustaverat«, inquit, vitae suavitatem; hic autem iam sperabat magna, quibus frui coeperat. At id quidem in ceteris rebus melius putatur, aliquam partem quam nullam attingere; cur in vita secus? Quamquam non male ait Callimachus multo saepius lacrimasse Priamum quam Troilum. Eorum autem,
94 qui exacta aetate moriuntur, fortuna laudatur. Cur? nam, reor, nullis, si vita longior daretur, posset esse iucundior. Nihil enim est profecto homini prudentia dulcius, quam, ut cetera auferat, affert certe senectus.

Quae vero aetas longa est, aut quid omnino homini longum? nonne

'Módo pueros, modo ádulescentes ín cursu a tergo ínsequens
Nécopinántes ássecuta est«

senectus? Sed quia ultra nihil habemus, hoc longum dicimus. Omnia ista, perinde ut cuique data sunt pro rata parte, ita aut

93. *pellantur,* otale s ... — *ineptiæ ... aniles,* babje trice. — *quod tandem tempus?* iz prijašnjeg dodaj: *ante quod ...* — *naturæne,* t. j. što ga je priroda odredila. — *usuram,* uživanje. — *nulla præstituta die,* t. j. kad ćemo ga morati vratiti. — *quid est quod:* kakav razlog imaš, da ... ili kraće: zašto. — *ea,* t. j. da će ga ona tražiti, kad je bude volja. — *iidem,* t. j. koji se tuže, da je život kratak. — *ab hoc,* sc. *puero parvo.* — *acerbius exegit,* tako se kaže za vjerovnika, koji bezobzirno utjerava. — *inquit,* kaže se, kaže tko. — *hic autem,* t. j. odrasliji. — *melius,* sc. *esse;* bolje je jedan dio postići nego ni jedan. — *quamquam ...,* zapitavši, zašto ljudi drukčije sude, kad se radi o životu (*cur in vita secus?* sc. *atque in ceteris rebus),* prekida ističući, da je pravo, da manje plaču za dječakom, jer dug život nije uvijek sretan. — *exacta ætate,* u poodmakloj dobi. — 94. *cur?* ne odobrava, da se hvali njihov udes. — *nullis,*

longa aut brevia dicuntur. Apud Hypanim fluvium, qui ab Europae parte in Pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant. Ex his igitur hora octava quae mortua est, provecta aetate mortua est; quae vero occidente sole, decrepita, eo magis, si etiam solstitiali die. Confer nostram longissimam aetatem cum aeternitate; in eadem propemodum brevitate, qua illae bestiolae, reperiemur.

Contemnamus igitur omnes ineptias — quod enim levius 40 95
huic levitati nomen imponam? — totamque vim bene vivendi in animi robore ac magnitudine et in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia et in omni virtute ponamus. Nam nunc quidem cogitationibus mollissimis effeminamur, ut, si ante mors adventet, quam Chaldaeorum promissa consecuti sumus, spoliati magnis quibusdam bonis, illusi destitutique videamur. Quodsi expectando et desiderando pendemus 96
animis, cruciamur, angimur, pro di immortales! quam illud iter iucundum esse debet, quo confecto nulla reliqua cura, nulla sollicitudo futura sit! Quam me delectat Theramenes! quam elato animo est! Etsi enim flemus, cum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur. Qui cum coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo eiecit, ut id resonaret, quo sonitu reddito arridens »Propino«, inquit, »hoc pulchro Critiae«, qui in eum

imenički, zamjenjuje plur. od *nemo,* prevedi singularom. — *ut ... auferat,* koncesivno: ako i ... — *modo,* čas prije. Trohejski septenar od nepoznata pjesnika; *pueros,* dvosložno. — *ultra,* t. j. preko starosti. — *pro rata parte,* razmjerno. — *Hypanim,* Bug, utječe u Crno more između Dnjestra i Dnjepra. — *unum diem:* Aristotel (Hist. nat. V. 19) zove ih ἐφήμεραι a drugi μονήμερα ili ἡμερόβια. — *provecta ... decrepita,* su nominativi. — *solstitiali die,* t. j. 21. lipnja, kad je dan najdulji. — *qua,* sc. *in qua illæ bestiolæ reperiuntur.* — 95. *levius,* blaže. — *levitati,* plitko mišljenje. — *totamque vim bene vivendi ...; vim* je zato upotrijebio, da *bene vivere* označi kao imenicu: sretan život ili kraće: sreća; *totam,* prevedi adverbijalno: sasvim. — *in omni virtute,* uopće u krepost; kaže to zato, jer je to u našim rukama. — *Chaldæorum,* ime Kaldejaca, svećeničke kaste u Babiloniji, upotrebljavali su Rimljani za gataoce uopće. — 96. *pendemus animis,* nesiguran biti. — *reliqua ... futura sit* = ne će ostati. — *legimus,* Xenoph., Hellenica II. 3. — *ut sitiens,* t. j. kako bi učinio žedan čovjek. — *obduxisset,* ispiti. — *ut id resonaret,* da je zapljuskalo; kod žrtava i gozbi bio je običaj izliti iz čaše jedan dio tako, da zapljuska, kad padne na tlo. — *sonitu reddito,* kad se pljusak začuo. — *pulchro Critiæ,* kod Ksenofonta l. c.: *Κριτίᾳ τοῦτ-*

fuerat taeterrimus. Graeci enim in conviviis solent nominare,
cui poculum traditurі sint. Lusit vir egregius extremo spiritu,
cum iam praecordiis conceptam mortem contineret, vereque ei,
cui venenum praebiberat, mortem eam est auguratus, quae
97 brevi consecuta est. Quis hanc maximi animi aequitatem in
ipsa morte laudaret, si mortem malum iudicaret? Vadit in eun-
dem carcerem atque in eundem paucis post annis scyphum So-
crates eodem scelere iudicum, quo tyrannorum Theramenes.
41 Quae est igitur eius oratio, qua facit eum Plato usum apud
iudices iam morte multatum? »Magna me«, inquit, 'spes tenet,
iudices, bene mihi evenire, quod mittar ad mortem. Necesse est
enim sit alterum de duobus, ut aut sensus omnino omnes mors
auferat aut in alium quendam locum ex his locis morte mi-
gretur. Quamobrem, sive sensu extinguitur morsque ei somno
similis est, qui nonnumquam etiam sine visis somniorum pla-
catissimam quietem affert, di boni, quid lucri est emori! aut
quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti anteponantur,
cui si similis futura est perpetuitas omnis consequentis tem-
98 poris, quis me beatior? Sin vera sunt, quae dicuntur, migra-
tionem esse mortem in eas oras, quas, qui e vita excesserunt, in-
colunt, id multo iam beatius est. Tene, cum ab iis, qui se iudi-
cum numero haberi volunt, evaseris, ad eos venire, qui vere
iudices appellentur, Minoem, Rhadamanthum, Aeacum, Tripto-
lemum, convenireque eos, qui iuste et cum fide vixerint! Haec
peregrinatio mediocris vobis videri potest? Ut vero colloqui
cum Orpheo, Musaeo, Homero, Hesiodo liceat, quanti tandem
aestimatis? Equidem saepe emori, si fieri posset, vellem, ut ea,

---

ἔστω τῷ καλῷ. — *Græci,* t. j. Atenjani. — *conceptam mortem contineret,* kad je već imao (nosio) klicu smrti. — *præbiberat,* napiti. — *brevi,* jer je Kritija pao iste godine (403.) u boju protiv Trazibula. — **97.** *vadit,* korača; tim se ujedno izriče sigurnost i neustrašivost. — *in... scyhum, k....* — *paucis post annis,* t. j. 399. — *facit,* prikazuje. — *magna me spes tenet,* čvrsto se nadam, imam veliku nadu; ovdje *spes* više u značenju: mislim, zato infinitv prez., dok bi uz *spero* u pravom značenju morao biti infinitiv fut. — *quid lucri,* kakav je dobitak. — **98.** *Tene venire... convenireque* je subjekt, a predikatom bi mu imao biti *mediocre est,* ali je sadržaj infinitiva ponovljen riječju *peregrinatio,* pa se predikat s njom slaže; *mediocris,* neznatan. — *circumvenire,* upropastiti, pastradati. — *temptarem:* ἐξετάζειν, to je bio Sokratu najmiliji posao: istraživati, iskušati. — *summi regis,* Agamemnon. — *ne... timueritis,* coni. adhortativus.

quae dico, nihi liceret invenire. Quanta delectatione autem affi-
cerer, cum Palamedem, cum Aiacem, cum alios iudicio iniquo
circumventos convenirem! Temptarem etiam summi regis, qui
maximas copias duxit ad Troiam, et Ulixi Sisyhique pruden-
tiam, nec ob eam rem, cum haec exquirerem, sicut hic faciebam,
capite damnarer. Ne vos quidem, iudices ii, qui me absolvistis,
mortem timueritis. Nec enim cuiquam bono mali quicquam eve- 90
nire potest nec vivo nec mortuo, nec umquam eius res a dis im-
mortalibus neglegentur, nec mihi ipsi hoc accidit fortuito. Nec
vero ego iis, a quibus accusatus aut a quibus condemnatus sum,
habeo quod suscenseam, nisi quod mihi nocere se crediderunt«.
Et haec quidem hoc modo; nihil autem melius extremo: »Sed
tempus est«, inquit, »iam hinc abire me, ut moriar, vos, ut vi-
tam agatis. Utrum autem sit melius, di immortales sciunt, ho-
minem quidem scire arbitror neminem«. Ne ego haud paulo 42
hunc animum malim quam eorum omnium fortunas, qui de hoc
iudicaverunt. Etsi, quod praeter deos negat scire quemquam,
id scit ipse, utrum sit melius — nam dixit ante —; sed suum
illud, nihil ut affirmet, tenet ad extremum. Nos autem tenea- 100
mus, ut nihil censeamus esse malum, quod sit a natura datum
omnibus, intellegamusque, si mors malum sit, esse sempiternum
malum. Nam vitae miserae mors finis esse videtur; mors si est
misera, finis esse nullus potest. Sed quid ego Socratem aut
Theramenem, praestantes viros virtutis et sapientiae gloria,
commemoro? cum Lacedaemonius quidam, cuius ne nomen
quidem proditum est, mortem tantopere contempserit, ut, cum
ad eam duceretur damnatus ab ephoris et esset vultu hilari
atque laeto, dixissetque ei quidam inimicus: »Contemnisne le-

---

— **99.** *nec...: habeo, quod:* nemam razloga, da... — *crediderunt,* mislili su, t. j. namjeravali su. — *hæc* sc. *dixit.* — *extremo,* kraj, svršetak. — *ne ego: ne* svagda s ličnom ili pokaznom zamjenicom: doista. — *haud paulo... malim,* i te kako bih volio. — *suum illud,* ono svoje poznato načelo; Ciceron pripisuje Sokratu načelo, koje je kasnije akademijska filozofija zastupala, da se ništa ne može sigurno spoznati (skepsa). — **100.** *teneamus ut,* upravo: ostati kod toga, da držimo; ostati kod nazora. — *finis esse nullus potest,* sc. *miseriæ.* — *quid,* čemu. — *nomen,* Plutarh (Apophth. Lac. 222) zove ga Θεκταμένης. — *ad eam* (sc. mortem), na stratište. — *qui multaverit,* kauzalno. — *versura,* novi dug, t. j. da se plati jedan dug, napravi se drugi. — *dissolvere,* običnije se kaže: *solvere, persolvere,* namiriti, platiti. — *ut...,* pred tim treba pomisliti: *ita*

ges Lycurgi?«, responderit: »Ego vero illi maximam gratiam habeo, qui me ea poena multaverit, quam sine mutuatione et sine versura possem dissolvere«. O virum Sparta dignum! ut mihi quidem, qui tam magno animo fuerit, innocens damnatus
101 esse videatur. Tales innumerabiles nostra civitas tulit. Sed quid duces et principes nominem, cum legiones scribat Cato saepe alacres in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrarentur? Pari animo Lacedaemonii in Thermopylis occiderunt, in quos Simonides:

»Dic hospes, Spartae nos te hic vidisse iacentes,
Dum sanctis patriae legibus obsequimur«.

E quibus unus, cum Perses hostis in colloquio dixisset glorians: »Solem prae iaculorum multitudine et sagittarum non videbi-
102 tis«, »In umbra igitur«, inquit, »pugnabimus«. Viros commemoro; qualis tandem Lacaena? quae cum filium in proelium misisset et interfectum audisset, »Idcirco«, inquit, »genueram, ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere«.

43 Esto, fortes et duri Spartiatae; magnam habet vim rei publicae disciplina. Quid? Cyrenaeum Theodorum, philosophum non ignobilem, nonne miramur? cui cum Lysimachus rex crucem minaretur, »Istis, quaeso«, inquit, »ista horribilia minitare purpuratis tuis; Theodori quidem nihil interest, humine an sublime putescat«.

Cuius hoc dicto admoneor, ut aliquid etiam de humatione et sepultura dicendum existimem, rem non difficilem, iis praesertim cognitis, quae de nihil sentiendo paulo ante dicta sunt. De qua Socrates quidem quid senserit, apparet in eo libro, in

dignum. — 101. *nostra,* t. j. Rim. — *tulit = procreavit, genuit.* — *Cato,* u djelu *Origines;* slično kaže Katon i u Cato m. 20. 75: *legiones nostras, quod scripsi in Originibus, in eum locum sæpe esse profectas alacri animo et erecto, unde se numquam redituras arbitrarentur.* — *Simonides* iz Keja, glasovit lirski pjesnik, koji je živio za perzijskih ratova. U grčkom glasi epigram (Herod. VII. 228):

Ὦ ξεῖν', ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
κείμεθα τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

Perses hostis, v. Herod. VII. 226. — **102.** *esto,* dobro! tim prelazi na druge primjere, koji su znatniji. — *humine an subline:* ὑπὲρ γῆς ἢ ὑπὸ γῆς. — *admoneor, ut ... dicendum existimem* mj. *admoneor dicendum esse* ili *ut dicam.* — *rem non difficilem* je apozicija od *aliquid dicendum.* — *de nihil sentiendo,* ablativ *gerunda* mjesto imenice, isp. περὶ τοῦ μηδὲν αἰσθάνεσθαι: bešćutnost, ili valja opisati. — *in quo moritur,* u kojoj se pripovijeda njegova smrt. —

quo moritur, de quo iam tam multa diximus. Cum enim de 103
immortalitate animorum disputavisset et iam moriendi tempus urgeret, rogatus a Critone, quemadmodum sepeliri vellet, »Multam vero«, inquit, »operam, amici, frustra consumpsi. Critoni enim nostro non persuasi me hinc avolaturum neque mei quicquam relicturum. Verum tamen, Crito, si me assequi potueris aut sicubi nanctus eris, ut tibi videbitur, sepelito. Sed, mihi crede, nemo me vestrum, cum hinc excessero, consequetur«. Praeclare is quidem, qui et amico permiserit et se ostenderit de hoc toto genere nihil laborare. Durior Diogenes, et is 104
quidem idem sentiens, sed ut Cynicus asperius, proici se iussit inhumatum. Tum amici: »Volucribusne et feris?« »Minime vero«, inquit: »sed bacillum propter me, quo abigam, ponitote«. »Qui poteris?« illi, »non enim senties.« »Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti?« Praeclare Anaxagoras, qui cum Lampsaci moreretur, quaerentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, auferri, »Nihil necesse est«, inquit »undique enim ad inferos tantundem viae est«. Totaque de ratione humationis unum tenendum est, ad corpus illam pertinere, sive occiderit animus sive vigeat. In corpore autem perspicuum est vel extincto animo vel elapso nullum residere sensum.

I pjesnici (105—107) *i narodi* (108—109) *imaju krive nazore o smrti.*

Sed profecto mors tum aequissimo animo oppetitur, cum 45 109
suis se laudibus vita occidens consolari potest. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectae perfecto functus est munere. Multa mihi ipsi ad mortem tempestiva fuerunt, quam utinam potuissem obire! Nihil enim iam acquirebatur, cumulata erant

103. *assequi,* stići, *nancisci,* naći (slučajno se namjeriti. — *permiserit,* sc. *nihil laborare,* da za sve to ne tare sebi glave. — **140.** *propter me=prope me.* — *illi,* sc. *dixerunt.* — *si quid accidisset,* kao grč. εἴ τι πάθοι, ako mu se što desi, ako umre. — *undique,* Diog. Lært. II. 3. 11: πανταχόθεν ὁμοία ἐστὶν ἡ εἰς Ἅιδου κατάβασις. — *totaque de ratione humationis,* uopće što se tiče pokapanja.

109. *laudibus,* zasluge. — *vita occidens,* život na izmaku. — *perfecto functus est munere,* sasvim je izvršio dužnost. — *multa ... tempestiva,* t. j. *multa erant, quæ efficerent, ut mors mihi tempestiva esset.* Ciceron misli na svoje progonstvo, na smrt kćerke Tulije, na propast republike. — *nihil ... iam*

officia vitae, cum fortuna bella restabant. Quare si ipsa ratio
minus perficiet, ut mortem neglegere possimus, at vita acta
perficiat, ut satis superque vixisse videamur. Quamquam enim
sensus abierit, tamen suis et propriis bonis laudis et gloriae,
quamvis non sentiant, mortui non carent. Etsi enim nihil ha-
bet in se gloria, cur expetatur, tamen virtutem tamquam
46
110 umbra sequitur. Verum multitudinis iudicium de bonis si
quando est, magis laudandum est quam illi ob eam rem beati.
Non possum autem dicere, quoquo modo hoc accipietur, Ly-
curgum, Solonem legum et publicae disciplinae carere gloria,
Themistoclem, Epaminondam bellicae virtutis. Ante enim Sa-
lamina ipsam Neptunus obruet quam Salaminii tropaei memo-
riam, priusque Boeotia Leuctra tollentur quam pugnae Leuc-
tricae gloria. Multo autem tardius fama deseret Curium, Fabri-
cium, Calatinum, duo Scipiones, duo Africanos, Maximum,
Marcellum, Paulum, Catonem, Laelium, innumerabiles alios;
quorum similitudinem aliquam qui arripuerit, non eam fama
populari, sed vera bonorum laude metiens fidenti animo, si ita
res feret, gradietur ad mortem, in qua aut summum bonum aut
nullum malum esse cognovimus. Secundis vero suis rebus volet
etiam mori; non enim tam cumulus bonorum iucundus esse
111 potest quam molesta decessio. Hanc sententiam significare vi-
detur Laconis illa vox, qui cum Rhodius Diagoras, Olympio-
nices nobilis, uno die duo suos filios victores Olympiae vidisset,
accessit ad senem et gratulatus: »Morere, Diagora«, inquit;

acquirebatur, ništa više nisam mogao postići. — *cumulata erant,* potpuno sam bio ispunio ... — *cum fortuna; cum,* prijedlog. — *abierit,* fut. II. — **110.** *verum,* pridjev, ispravan. — *si quando est,* hoće reći, da ni on ne misli, da bi se slava osnivala na sudu mnoštva; njemu je slava *consentiens laus bonorum* (Tusc. 3. 2. 3.). — *illi* sc. *sunt.* — *ob eam rem* sc. *iudicium multitudinis,* hoće reći: takav sud pribavlja više hvalu samomu narodu, nego što je uzrokom sreći dobrih ljudi. — *legum ... disciplinæ:* zakonodavstva ... državnog uređenja. — *tropæi* = *victoriæ.* — *multo tardius,* Ciceron u svom rodoljubnom zanosu pretjerava. — *arripuerit,* shvatiti, ovdje: postići. — poredaj: *metiens eam non fama populari sed vera bonorum laude ...:* mjereći je ne po glasu naroda, nego po pravoj hvali dobrih, pouzdana će srca, ako bude potrebno, poći u smrt ... — *cumulus,* prirast; *decessio,* umanjivanje. — **111.** *non enim ... ascensurus es,* ne kaniš naime popeti se u nebo, t. j. postigao si vrhunac ljudske sreće. — *magna hæc ... putabant:* znatnim, možda i suviše, drže to Grci, ili bolje reći, tada su držali ... poredaj: *existimans permagnum tres Olympionicas una e*

»non enim in caelum ascensurus es«. Magna haec, et nimium fortasse, Graeci putant vel tum potius putabant, isque, qui hoc Diagorae dixit, permagnum existimans tres Olympionicas una e domo prodire cunctari illum diutius in vita fortunae obiectum inutile putabat ipsi.

Epilog. Neki znakovi božji pokazuju, da i bogovi drže smrt za dobro, a potvrđuju to mnogi čestiti ljudi svojom smrću (112 do 117). *Ljude može i to tješiti, da bogovi određuju ljudima sudbinu, dakle i smrt* (117—118).

Knjiga II. de tolerando dolore *razlaže nazore najznatnijih filozofskih škola o tjelesnim bolima i sredstvima protiv njih. Knjiga III.* de aegritudine lenienda *razlaže pojam i postanje jada i podaje utjehu za nj. Knjiga IV.* de reliquis animi perturbationibus *govori o strastima; dokazuje, da je mudrac bez njih i nabraja sredstva protiv njih.*

LIBER QUINTUS

Virtutem ad beate vivendum se ipsa esse contentam

Prooemium

Quintus hic dies, Brute, finem faciet Tusculanarum dispu- 1
tationum, quo die est a nobis ea de re, quam tu ex omnibus 1
maxime probas, disputatum. Placere enim tibi admodum sensi
et ex eo libro, quem ad me accuratissime scripsisti, et ex
multis sermonibus tuis virtutem ad beate vivendum se ipsa esse
contentam. Quod etsi difficile est probatu propter tam varia et
tam multa tormenta fortunae, tale tamen est, ut elaborandum

domo prodire putabat ipsi inutile illum, obiectum fortunæ, cunctari diutius in vita.

1. *finem faciet,* mj. *finiet.* — *maxime probas,* držiš najznatnijom. — *ex eo libro,* zvala se *De virtute* (isp. De fin. 1. 3. 8. *id quidem facio provocatus gratissimo mihi libro, quem ad me »de virtute« misisti).* Brut je bio odličan filozof, pristaša novije akademije, a u etici stoikâ. — *ad me scripsisti,* upravo: *quem accuratissime scriptum ad me misisti,* koju si veoma pomnjivo napisao i meni posvetio. — *contentam esse,* dovoljna je za ... — *quod,* t. j. ta tvrdnja. — *tormenta,* udarci; lijepa slika: udarce sudbine poredi s hitcima ratnih strojeva,

sit, quo facilius probetur. Nihil est enim omnium, quae in philosophia tractantur, quod gravius magnificentiusque dicatur.

2 Nam cum ea causa impulerit eos, qui primi se ad philosophiae studium contulerunt, ut omnibus rebus posthabitis totos se in optimo vitae statu exquirendo collocarent, profecto spe beate vivendi tantam in eo studio curam operamque posuerunt. Quodsi ab iis inventa et perfecta virtus est et si praesidii ad beate vivendum in virtute satis est, qui non praeclare et ab illis positam et a nobis susceptam operam philosophandi arbitretur? Sin autem virtus subiecta sub varios incertosque casus famula fortunae est nec tantarum virium est, ut se ipsa tueatur, vereor, ne non tam virtutis fiducia nitendum nobis ad spem beate vivendi quam vota facienda videantur.

3 Equidem eos casus, in quibus me fortuna vehementer exercuit, mecum ipse considerans huic incipio sententiae diffidere interdum et humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere. Vereor enim, ne natura, cum corpora nobis infirma dedisset iisque et morbos insanabiles et dolores intolerabiles adiunxisset, animos quoque dederit et corporum doloribus congruentes et separatim suis angoribus et molestiis implicatos.

4 Sed in hoc me ipse castigo, quod ex aliorum et nostra fortasse mollitia, non ex ipsa virtute, de virtutis robore existimo. Illa enim, si modo est ulla virtus, quam dubitationem avunculus tuus, Brute, sustulit, omnia, quae cadere in hominem possunt,

---

topova. — 2. *ea causa,* takav razlog, t. j. želja za takvim istraživanjem. — *se collocarent,* posvetiti se; *colloco,* na pitanje: kamo? *in* s ablat. — *inventa... virtus,* oni su našli i razvili pojam kreposti. — *præclare,* pripada i k *positam* i k *susceptam;* oni su plemenito uložili trud oko mudroljublja, a ja sam ga prihvatio. — *vereor, ne non...,* bojim se, da se ne možemo za nadu na sretan život oslanjati na pouzdanje u krepost, nego da nam valja činiti zavjete, t. j. da ga tako dobijemo od bogova, dakle: *zavjetima isprositi.* Ciceron hoće reći: bojim se, da za sretan život nije dosta uzdati se u krepost, jer ga tim ne ćeš postići, nego ga treba zavjetima od bogova isprositi. — 3. *eos casus,* t. j. svoje progonstvo, smrt kćerke Tulije i propast republike. — *exercuit,* progoniti, šibati. — *huic sententiæ,* t. j. da je krepost sama po sebi dovoljna za sretan život. — *iisque,* sc. *corporibus.* — *congruentes,* koje zajedno osjećaju tjelesne boli, grč. *συμπάσχοντες.* — *separatim,* napose, t. j. duša osjeća i tjelesne boli, a povrh toga još i svoje. — 4. *ex,* po; Ciceron se sam kori, što o snazi kreposti ne sudi po samoj kreposti, nego po tuđoj, a možda i po svojoj mekoći, slabosti. — *avunculus,* Katon Utički; njegova je polusestra Servilija bila majka

subter se habet eaque despiciens casus contemnit humanos culpaque omni carens praeter se ipsam nihil censet ad se pertinere. Nos autem, omnia adversa cum venientia metu augentes, tum maerore praesentia, rerum naturam quam errorem nostrum damnare malumus.

Sed et huius culpae et ceterorum vitiorum peccatorumque 2
nostrorum omnis a philosophia petenda correctio est. Cuius in 5
sinum cum a primis temporibus aetatis nostra voluntas studiumque nos compulisset, his gravissimis casibus in eundem portum, ex quo eramus egressi, magna iactati tempestate confugimus. O vitae philosophia dux, o virtutis indagatrix expultrixque vitiorum! quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem vitae convocasti, tu eos inter se primo domiciliis, deinde coniugiis, tum litterarum et vocum communione iunxsti, tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinae fuisti; ad te confugimus, a te opem petimus, tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus. Est autem unus dies bene et ex praeceptis tuis actus peccanti immortalitati anteponendus. Cuius igitur potius opibus utamur quam tuis, quae et vitae tranquillitatem largita nobis es et terrorem mortis sustulisti? Ac philosophia quidem tantum abest ut pro- 6
inde, ac de hominum est vita merita, laudetur, ut a plerisque

---

Brutova. Svojom smrću dokazao je Katon, da je mudrac nezavisan o udarcima sudbine. — poredaj: *illa... omnia,* quæ... possunt, *subter se habet,* a *quam dubitationem... sustulit* učini parentezom. — *eaque,* sc. *quæ cadere in hominem possunt.* — *omnia adversa... malumus:* mi pak povećavajući (koncesivno) sve neprilike (protivštine) bilo strahom, kad dolaze, bilo žalošću, kad su već tu, ipak volimo kriviti (osuđivati) prirodu nego našu zabludu, ili: a premda mi povećavamo sve neprilike (protivštine) bilo od straha, da će doći, bilo žalošću, što su nas već snašle, to ipak volimo... — 5. *a primis temporibus ætatis,* od rane mladosti. — *his gravissimis casibus,* diktatura Cezarova. — *iactati,* ganjani, bacani. — *peperisti,* ali De orat. I. 8. 32. i d. kaže to isto za rječitost. — *societatem vitæ,* društveni život. — *litterarum et vocum communione:* zajedničkim pismom i govorom. — *antea,* kad se još nije bavio politikom. — poredaj: *unus dies actus bene et ex præceptis tuis anteponendus est peccanti immortalitati:* jedan dan proveden dobro i po tvojim propisima više vrijedi nego grešna besmrtnost, t. j. besmrtan život, isp. psal. 84. 10: jer je bolje jedan dan u dvorima tvojim od hiljade. — *largita es,* obilno dati. — 6. *tantum abest, ut... ut,* a filozofiju ne samo da ne hvale, što više kude je. — *proinde ac,* onako, kako

neglecta a multis etiam vituperetur. Vituperare quisquam vitae parentem et hoc parricidio se inquinare audet et tam impie ingratus esse, ut eam accuset, quam vereri deberet, etiamsi minus percipere potuisset? Sed, ut opinor, hic error et haec indoctorum animis offusa caligo est, quod tam longe retro respicere non possunt nec eos, a quibus vita hominum instructa primis sit, fuisse philosophos arbitrantur.

Filozofija seže u najstarija vremena, ime joj potječe od Pitagore (7—8). *Mnogo je učinio za filozofiju Sokrat, koji je začetnik moralne filozofije* (9—10). *Ciceron se povodi za njegovom metodom, kako ju je razvio Karnead* (11).

Postavlja pitanje, može li krepost sama učiniti čovjeka sretnim. Krepost i sreća nisu isto, jer kreposti prate čovjeka i na muke, a sreća se onda ne može ni pomisliti (12—14). *Pitanje se dade riješiti istinama, što su u prijašnjim knjigama utvrđene, a prije je razloženo, da je mudrac bez strasti, dakle je sretan* (15 *do* 17). *O tome će govoriti opširno. Kad matematičari što dokazuju, upotrebljavaju u dokazima tvrdnje, što su ih već prije dokazali, a filozofi opširno govore o svakom pitanju. To je potrebno, jer je stvar znatna* (18—20).

Glavni dio. *Prije nego će odgovoriti na pitanje, da li je krepost sama dovoljna za sretan život, raspravlja, smiju li filozofi, koji ne drže krepost jedinim dobrom, s pravom tvrditi, da samo krepost može usrećiti čovjeka. Akademici i peripatetici pored kreposti prihvaćaju i druga dobra, za to ne mogu dosljedno tvrditi, da samo krepost čini čovjeka sretnim* (21—23). *Dosljedan je Teofrast, kad uči, da krepostan čovjek ne može biti sretan, ako ga snađu izvanja zla* (24—25). *Dosljedan je Epikur, koji drži bol najvećim, upravo jedinim zlom, a ipak tvrdi, da mudrac može biti sretan i kad ga muče najveći bolovi* (26—27). *Peripatetici i Epikurejci drže siromaštvo, tjelesne bolove i t. d. zlom, pa ne bi smjeli tvrditi, da je krepostan čovjek uvijek sretan* (28—31). *Ciceron dokazuje, da je krepost jedino dobro* (32—36). *Dokaze vadi iz stoičke filozofije. Svako je biće sretno, ako može živjeti po zakonima, što mu ih je dala priroda. Čovjeku je dala razum, a najljepši je plod njegov krepost, dakle ona usrećuje čovjeka* (37 do 39), *pače tvrdi, da ga samo ona usrećuje. Dobro mora da je nepromjenljivo, a onome, koji ga ima, ne smije zadavati briga pomisao, da bi ga mogao izgubiti. Ovu sigurnost daje samo krepost stoičkoga mudraca, dakle samo ona usrećuje* (40—43). *Jedino dobro je krepost* (43). *Samo pravo dobro daje sreću, jer možemo imati izvanja dobra pa biti nesretni* (44—45). *Držimo li, da ima više dobara, onda moramo i neznatne stvari držati za dobro* (46 do 47). *Život dobrih ljudi je sretan, jer je njihov rad u skladu sa stanjem duše njihove* (47), *sretan je mudrac, jer je bez strasti, a njegov rad i njegovo mišljenje upravlja se krepošću* (48). *Samo je sretan život vrijedan, pa kao najbolji mora da je i ćudoredan i dobar* (49—50). *Ukratko ponavlja što je dosad razložio* (51—54), *pa to razjašnjuje, primjerima iz povijesti: Lelijem i Cinom* (54 *do* 55), *Lutacijem Katulom i Marijem* (56), *Dionizijem i Arhimedom.*

je ... — *minus* slabije. — *hic* ... *hæc*, sc. *vituperare philosophiam.* — *retro respicere*, pleonazam. — *primis*, prevedi adverbijalno: prvi put ili najprije.

Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit 20 57
Dionysius, cum quinque et viginti natus annos dominatum occupavisset. Qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus praeditam servitute oppressam tenuit civitatem! Atqui de hoc homine a bonis auctoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse eius in victu temperantiam in rebusque gerendis virum acrem et industrium, eundem tamen maleficum natura et iniustum. Ex quo omnibus bene veritatem intuentibus videri necesse est miserrimum. Ea enim ipsa, quae concupierat, ne tum quidem, cum omnia se posse censebat, consequebatur. Qui 58
cum esset bonis parentibus atque honesto loco natus — etsi id quidem alius alio modo tradidit — abundaretque et aequalium familiaritatibus et consuetudine propinquorum, haberet etiam more Graeciae quosdam adulescentes amore coniunctos, crede-

57. *qua pulchritudine* ... *quibus opibus:* kako lijepu, a kako moćnu državu ... — *eundem tamen*, ali ujedno; isp. Corn. Nep., De reg. 2: *nam et manu fortis et belli peritus fuit, et, id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius denique rei cupidus nisi singularis perpetuique imperii ob eamque rem crudelis.* — *bene* = *recte*, t. j. koji se ne dadu zavarati vanjštinom, po kojoj bi ga čovjek držao sretnim. — 58. *cum*, koncesivno. — *alius alio modo*, jedan ovako, drugi onako; po jednoj verziji bio je sin oslara, po drugoj pisara. — *credebat*, kao i mi: vjerovati komu, t. j. uzdati se u koga (*fidem habere*). — *iis*, sc. *servis.* — *familiis*, družina, ro-

bat eorum nemini, sed iis, quos ex familiis locupletium servos delegerat, quibus nomen servitutis ipse detraxerat, et quibusdam convenis et feris barbaris corporis custodiam committebat. Ita propter iniustam dominatus cupiditatem in carcerem quodammodo ipse se incluserat. Quin etiam, ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Ita sordido ancillarique artificio regiae virgines ut tonstriculae tondebant barbam et capillum patris. Et tamen ab his ipsis, cum iam essent adultae, ferrum removit instituitque, ut candentibus iuglandium
59 putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. Cumque duas uxores haberet, Aristomachen, civem suam, Doridem autem Locrensem, sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur et perscrutaretur ante. Et cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiusque fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset, eum ipsum, cum forem cubiculi clauserat, detorquebat. Idemque cum in communibus suggestis consistere non
60 auderet, contionari ex turri alta solebat. Atque is cum pila ludere vellet — studiose enim id factitabat — tunicamque poneret, adulescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic cum quidam familiaris iocans dixisset: »Huic quidem certe vitam tuam committis«, arrisissetque adulescens, utrumque iussit interfici, alterum, quia viam demonstravisset interimendi sui, alterum, quia dictum id risu approbavisset. Atque eo facto sic doluit, nihil ut tulerit gravius in vita; quem enim vehementer amarat, occiderat. Sic distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates. Cum huic obsecutus sis, illi est repugnandum.

bovi. — *nomen servitutis detraxerat,* nazvao ih *νεοπολῖται.* — *quin etiam,* što više. — *artificio,* obrt. — *tonstriculæ,* brijački obrt vršile su u Rimu i žene, sp. Plaut., Truc. 2. 451: *tonstricem Suram novisti nostram;* Mart. 2. 17. 1.: *tonstrix Suburæ faucibus sedet primis.* — *ferrum removit,* i njima je oduzeo nož. — *candentibus iuglandium putaminibus,* usijanim orahovim ljupinama. — 59. *duas uxores,* obadvije je uzeo u isti mah poslije smrti prve žene, majke Dionizija mlađega. — *Aristomachen,* sestra Dionova, prijatelja i učenika Platonova, druga žena Dorida bila je Lokranka. — *eum ipsum,* sc. *ponticulum.* — *detorquebat,* okrenuo bi, mostić se mogao okretati prema sobi. — *contionari,* narodu govoriti. — 60. *poneret,* skinuti, svući. — *huic quidem certe,* barem ovomu. — *demonstravisset . . . approbavisset,* konjunktivi, jer je to mišljenje Dionizijevo. — *distrahuntur in contrarias partes,* padaju u protivnost. — *impotentium,* strastan,

Quamquam hic quidem tyrannus ipse iudicavit, quam esset 21 61
beatus. Nam cum quidam ex eius assentatoribus, Damocles, commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam aedium regiarum negaretque umquam beatiorem quemquam fuisse, »Visne igitur, inquit, o Damocle, quoniam te haec vita delectat, ipse eam degustare et fortunam experiri meam?« Cum se ille cupere dixisset, collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto, abacosque complures ornavit argento auroque caelato. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere eosque nutum illius
intuentes dilligenter ministrare. Aderant unguenta, coronae, 62
incendebantur odores, mensae conquisitissimis epulis exstruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari saeta equina aptum demitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos ministratores aspiciebat nec plenum artis argentum nec manum porrigebat in mensam, iam ipsae defluebant coronae; denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, quod iam beatus nollet esse. Satisne videtur declarasse Dionysius nihil esse ei beatum, cui semper aliqui terror impendeat? Atque ei ne integrum quidem erat, ut ad iustitiam remigraret, civibus libertatem et iura redderet; iis enim se adulescens improvida aetate irretierat erratis eaque commiserat, ut salvus esse non
posset, si sanus esse coepisset. Quantopere vero amicitias de- 22 63

koji ne zna biti gospodar svojim strastima. — *cum,* kauzalno. — *huic . . . illi,* sc. *cupiditati.* — 61. *Damocles,* isp. Horat., Carm. 3. 1. 17. i d.:

Destrictus ensis cui super impia
Cervice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborabunt saporem.

picto, sc. *acu,* vezen; *magnificis operibus,* krasnim vezovima. — *abacos,* stolići, na koje su metali krasno posuđe, umjetnine i t. d. — *natum illius intuentes,* pazeći na njegov mig. — *ministrare,* dvoriti. — 62. *odores,* mirisi, kâd. — *exstruebantur,* bili su natrpani, puni najbiranijih jela. — *medio apparatu,* usred toga sjaja. — *aptum,* privezan za. — *demitti,* spustiti. — *ipsæ defluebant,* sami su padali (da nije ni opazio). — *nihil esse beatum,* da nema sreće za onoga . . . — *ei ne integrum quidem erat,* nije mu više ni slobodno bilo. — *sanus,* t. j. raditi, kako razbor svjetuje. — 63. *Pythagoreis duobus illis:* Damon i Fintija; po

sideraret, quarum infidelitatem extimescebat, declaravit in Pythagoreis duobus illis, quorum cum alterum vadem mortis accepisset, alter, ut vadem suum liberaret, praesto fuisset ad horam mortis destinatam, »Utinam ego, inquit, tertius vobis amicus ascriberer!« Quam huic erat miserum carere consuetudine amicorum, societate victus, sermone omnino familiari, homini praesertim docto a puero et artibus ingenuis erudito! Musicorum vero perstudiosum, poetam etiam tragicum — quam bonum, nihil ad rem; in hoc enim genere nescio quo pacto magis quam in aliis suum cuique pulchrum est. Adhuc neminem cognovi poetam (et mihi fuit cum Aquinio amicitia), qui sibi non optimus videretur. Sic se res habet: te tua, me delectant mea —, sed ut ad Dionysium redeamus, omni cultu et victu humano carebat; vivebat cum fugitivis, cum facinerosis, cum barbaris; neminem, qui aut libertate dignus esset aut vellet omnino liber esse, sibi amicum arbitrabatur.

23 64 Non ego iam cum huius vita, qua taetrius, miserius, detestabilius excogitare nihil possum, Platonis aut Archytae vitam comparabo, doctorum hominum et plane sapientium; ex eadem urbe humilem homunculum a pulvere et radio excitabo, qui multis annis post fuit, Archimedem. Cuius ego quaestor ignoratum ab Syracusanis, cum esse omnino negarent, saeptum undique et vestitum vepribus et dumetis indagavi sepulcrum. Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam, qui declarabant in summo sepulcro

drugim vijestima to se dogodilo za Dionizija mlađega (De off. 3. 10. 45); *vadem mortis,* jamac, koji se ponudio, da će umrijeti, ako se prijatelj ne vrati. — *consuetudine amicorum,* društvo prijatelja, drugovanje s prijateljima. — *docto,* brižno uzgojen. — *musicorum,* srednji rod plur. = *musices.* — *nihil ad rem,* sc. *pertinet.* — *genere,* vrsta t. j. pjesnika. — *nescio quo pacto,* ne znam kako, nekako. — *Aquinio,* morao je biti loš pjesnik, jer se Katul (14. 18) grozi prijatelju Kalvu, da će mu za osvetu, što mu je poslao loše pjesme, poslati pjesme Akvinijeve. — *omni cultu et victu humano carebat,* bio je bez svega, što ljudski život čini plemenitim; *cultus* znači sve, što resi život; *victus,* hrana, ovdje: življenje, način života. — **64.** *ex eadem urbe,* iz Sirakuze. — *a pulvere et radio,* matematičari su po finom staklenom prahu *(pulvis),* koji bi po staklu posuli, štapićem *(radius)* crtali likove. — *cuius* spoji sa *sepulcrum.* — *quæstor.* Ciceron je bio 75. g. kvestor propretoru S. Peduceju. — *tenebam,* sc. *memoria,* sjećao sam se. — *sphæram cum cylindro,* jer je Arhimed bio prvi pronašao, da volumeni valjka, polukugle i čunja, ako imaju istu visinu i osnovicu, stoje u

sphaeram esse positam cum cylindro. Ego autem cum omnia 65
collustrarem oculis — est enim ad portas Agragentinas
magna frequentia sepulcrorum —, animadverti columellam non
multum e dumis eminentem, in qua inerat sphaerae figura et
cylindri. Atque ego statim Syracusanis — erant autem principes
mecum — dixi me illud ipsum arbitrari esse, quod quaererem.
Immissi cum falcibus multi purgarunt et aperuerunt locum.
Quo cum patefactus esset aditus, ad adversam basim accessi- 66
mus. Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatis fere. Ita nobilissima Graeciae civitas, quondam vero etiam doctissima, sui civis unius acutissimi monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. Sed redeat, unde aberravit oratio! Quis est omnium, qui modo cum Musis, id est cum humanitate et cum doctrina, habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit quam illum tyrannum? Si vitae modum actionemque quaerimus, alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione sollertiae, qui est unus suavissimus pastus animorum, alterius in caede et iniuriis cum et diurno et nocturno metu.

Opisuje rad mudraca, koji promatra prirodu i njezine zakone (68—69), *bavi se zakonima ćudorednosti (70—71), zakonima mišljenja* (72); *praktičan rad njegov u životu* (72). *Pobija prigovor, da bol može mudraca učiniti nesretnim: sam Epikur, koji inače drži bol za najveće zlo, ne priznaje taj prigovor opravdanim* (73 do 74). *Akademici i peripatetici bi najbolje učinili, da ne prigovaraju stoicima, kad se znatno ne razlikuju od njih* (75—76).

omjeru 3:2:1. — **65.** *ad portas Agragentinas,* vrata, kojima je vodila cesta u Agrigent. — *adversam basim,* prednja strana podnožja. — **66.** *epigramma,* natpis, kojemu su krajnji dijelovi stihova bili gotovo napol izjedeni. — *Græciæ,* sc. *magnæ.* — *doctissima,* jer se u Sirakuzi njegovala filozofija, pa je i Platon u nju dolazio. — *Arpinate,* tako su podrugljivo zvali Cicerona njegovi protivnici, jer nije pripadao odličnim obiteljima rimskim; u svojoj taštini ovdje meće Ciceron u opreku sebe, čednoga građanina gradića Arpinum, s potomcima učenih i plemenitih Sirakužana. — *vitæ modum,* sc. *utriusque.* — *rationibus agitandis exquirendisque,* znanstvenim razmišljanjem i istraživanjem, ili: razmišljanjem i istraživanjem računâ. — *cum oblectatione sollertiæ,* t. j. veselje, što ga čovjek osjeća, kad što otkrije. — *in cæde,* sc. *versabatur;* zeugma, jer *alebatur* ne pristaje drugoj rečenici.

27
76 Dolorem vero sapiens extimescet? Is enim huic maximè
sententiae repugnat. Nam contra mortem nostram atque no-
strorum contraque aegritudinem et reliquas animi perturba-
tiones satis esse videmur superiorum dierum disputationibus
armati et parati; dolor esse videtur acerrimus virtutis adver-
sarius; is ardentes faces intentat, is fortitudinem, magnitudi-
77 nem animi, patientiam se debilitaturum minatur. Huic igitur
succumbet virtus, huic beata sapientis et constantis viri vita
cedet? Quam turpe, o di boni! Pueri Spartiatae non inge-
mescunt verberum dolore laniati. Adulescentium greges Lace-
daemone vidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis,
calcibus, unguibus, morsu denique, cum exanimarentur prius,
quam victos se faterentur. Quae barbaria India vastior aut
agrestior? In ea tamen gente primum ii, qui sapientes haben-
tur, nudi aetatem agunt et Caucasi nives hiemalemque vim
perferunt sine dolore, cumque ad flammam se applicaverunt,
78 sine gemitu aduruntur. Mulieres vero in India, cum est com-
munis earum vir mortuus, in certamen iudiciumque veniunt,
quam plurimum ille dilexerit — plures enim singulis solent esse
nuptae —; quae est victrix, ea laeta prosequentibus suis una
cum viro in rogum imponitur, illa victa maesta discedit. Num-
quam naturam mos vinceret; est enim ea semper invicta; sed
nos umbris, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus,
opinionibus maloque more delenitum mollivimus. Aegytiorum
morem quis ignorat? quorum imbutae mentes pravitatis erro-
ribus quamvis carnificinam prius subierint, quam ibim aut
aspidem aut felem canem aut crocodilum violent, quorum
etiamsi imprudentes quippiam fecerint, poenam nullam recusent.
79 De hominibus loquor; quid? bestiae non frigus, non famem, non

77. *verberum dolore,* bolni udarci. — *greges,* spartanski su mladići bili podijeljeni u *γέλαι (βοῦαι),* pa je taj običaj valjda još i tada trajao. — *pugnis, calcibus,* poslovični izraz: rukama i nogama. — *barbaria,* barbarska zemlja; *India* je ablativ. — *sapientes,* brahmani; Grci su ih zvali *γυμνοσοφισταί.* — 78. *in certanem iudiciumque veniunt,* prepiru se i dolaze na sud (da sudac odluči). — *umbris,* životom u hladu, koji nije navikao ništa podnijeti. — *quorum imbutæ mentes,* mjesto: *qui imbuti.* — *pravitatis erroribus,* zasukane zablude. — *quorum,* mj. *eorum.* — *imprudentes,* ne znajući, neoprezno. — 79. *non* = *nonne.* — *lustrationes,* čini se, da pomišlja na putovanja nekih životinja. — *cupiditatis,* sc. *gratia.*

montivagos atque silvestres cursus lustrationesque patiuntur? non pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant, nullos impetus, nullos ictus reformident? Omitto, quae perferant quaeque patiantur ambitiosi honoris causa, laudis studiosi gloriae gratia, amore incensi cupiditatis. Plena vita exemplorum est.

Bol dakle ne uništava sreću mudračevu, a krepost i sretan život ne dadu se razdijeliti, kako to potvrđuje značaj mudračev (80—82).

U drugom dijelu Ciceron pokazuje, da i drugi filozofski sustavi imaju pravo, kad tvrde, da mudrac ne zavisi o vanjskim prilikama. Razlaže nazore ostalih filozofskih škola o najvećem dobru i pokazuje, da i akademici i peripatetici s pravom tvrde spomenutu tvrdnju, jer uče, da krepost svojom vrijednošću nadvisuje sva izvanja i tjelesna dobra, a i Epikur je protiv **bola** *oboružan* (85—88).

Ordiamur ab eo, si placet, quem mollem, quem voluptarium 31
dicimus. 88

Quid? is tibi mortemne videtur aut dolorem timere? qui eum diem, quo moritur, beatum appellat maximisque doloribus affectus eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione confutat nec haec sic agit, ut ex tempore quasi effutire videatur? De morte enim ita sentit, ut dissoluto animante sensum exstinctum putet, quod autem sensu careat, nihil ad nos id iudicet pertinere. Item de dolore certa habet, quae sequatur, cuius magnitudinem brevitate consolatur, longinquitatem levi-
tate. Qui tandem isti grandiloqui contra haec duo, quae ma- 89

88. *ab eo,* sc. *Epicuro.* — *voluptarium,* čovjek uživanja; Epikuru je najveće dobro u naslad**i**. — *diem, quo moritur,* smrtni dan. — *beatum appellat,* v. Cic., De fin. 2. 30. 96. —*eos,* sc. *dolores,* baš njih. — *inventorum suorum,* svojih znanstvenih otkrića, t. j. svoje nauke. — *memoria et recordatione,* živo spominjanje na ... — *ex tempore,* samo onako, t. j. kako prilike iziskuju; on govori tako ozbiljno o tom, te se ne može držati, da o tom samo onako tako reći *ćereta,* blebeće. — *nihil ad nos pertinere,* nas se ništa ne tiče, isp. Diog. Lært. x. 139: *ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ, τὸ δ'ἀναίσθητον οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς.* — *certa habet,* ima stalna načela. — *cuius,* sc. *doloris,* veliki su bolovi kratki, a dugotrajni lakši. — *consolatur,* blažiti. — 89. *grandiloqui,* hvastavci, t. j. stoici. — *hæc duo,* sc. *mortem et dolorem.* — *neque tamen*

xime angunt, melius se habent quam Epicurus? an ad cetera,
quae mala putantur, non et Epicurus et reliqui philosophi satis
parati videntur? Quis non paupertatem extimescit? neque ta-
men quisquam philosophorum.
32 Hic vero ipse quam parvo est contentus! Nemo de tenui
victu plura dixit. Etenim, quae res pecuniae cupiditatem affe-
runt, ut amori, ut ambitioni, ut cotidianis sumptibus copiae
suppetant, cum procul ab his omnibus rebus absit, cur pecu-
90 niam magnopere desideret vel potius cur curet omnino? An
Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostra-
tes philosophi facere non poterunt? Ilius epistula fertur his ver-
bis: »Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum
tegimen, calciamentum solorum callum, cubile terra, pulpa-
mentum fames; lacte, caseo, carne vescor. Quare ut ad quietum
me licet venias. Munera autem ista, quibus es delectatus, vel
civibus tuis vel dis immortalibus dona.« Omnes fere philo-
sophi omnium disciplinarum, nisi quos a recta ratione natura
91 vitiosa detorsisset, eodem hoc animo esse potuerunt. Socrates,
in pompa cum magna vis auri argentique ferretur, »Quam multa
non desidero!« inquit. Xenocrates, cum legati ab Alexandro
quinquaginta ei talenta attulissent, quae erat pecunia tempo-
ribus illis, Athenis praesertim, maxima, abduxit legatos ad
cenam in Academiam; iis apposuit tantum, quod satis esset,

---

quisquam philosophorum, od filozofa ipak ni jedan; siromaštvo se općenito drži za zlo, kojega se svatko boji, a ipak svi filozofi uče, da ga se ne trebamo bojati. — *hic,* sc. *Epicurus* — *tenui victu,* jednostavan način života. — *quæ res... ab his omnibus rebus...* poredaj: *cum (Epicurus) procul absit ab omnibus rebus, quæ... afferunt, ut copiæ suppetant amori..., cur... curet omnino?* — **90.** *Anacharsis.* Za nj se pripovijedalo, da je brat skitskoga kralja i da je u Solonovo vrijeme došao u Atenu. Retori su ga prikazivali kao tip jednostavnosti i prostodušnosti, koji je protivan hiperkulturnim prilikama atenskim; list je proizvod koje retorske škole. — *nostrates,* t. j. grčki i rimski u opreci s barbarinom Anaharsisom. — *solorum callum,* debela koža na tabanima. — *ut ad quietum,* možeš doći k meni kao čovjeku mirnu, t. j. naći ćeš me mirna. — *es delectatus,* koji su ti pribavili veselje. — *omnes fere philosophi,* gotovo svi filozofi svih škola mogli bi biti istoga mišljenja, da nije nekoje slaba narav odvratila od pravoga načela i tako se nalaze u proturječju sa svojom naukom. — **91.** *in pompa,* u svečanoj povorci. — *Athenis præsertim,* jer je Atena u ratovima s Filipom bila osiromašila. — *tantum, quod,* samo toliko, koliko je bilo dosta, potrebno. — *apparatu,* sjaj, sjajna priprema. — *numerari,* sc. *talenta.* —

nullo apparatu. Cum postridie rogarent eum, cui numerari
iuberet, »Quid?« vos hesterna, inquit, cenula non intellexistis
me pecunia non egere?« Quos cum tristiores vidisset, triginta
minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. At 92
vero Diogenes liberius, ut Cynicus, Alexandro roganti, ut di-
ceret, si quid opus esset, »Nunc quidem paululum, inquit, a
sole.« Offecerat videlicet apricanti. Et hic quidem disputare
solebat, quanto regem Persarum vita fortunaque superaret:
sibi nihil deesse, illi satis umquam fore; se eius voluptates non
desiderare, quibus numquam satiari ille posset, suas eum con-
sequi nullo modo posse.
Vides, credo, ut Epicurus cupiditatum genera diviserit, 93
non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen, partim esse natu-
rales et necessarias, partim naturales et non necessarias, par-
tim neutrum; necessarias satiari posse paene nihilo; divitias
enim naturae esse parabiles; secundum autem genus cupidi-
tatum nec ad potiendum difficile esse censet nec vero ad ca-
rendum; tertias, quod essent plane inanes neque necessitatem
modo, sed ne naturam quidem attingerent, funditus eiciendas
putavit. Hoc loco multa ab Epicureis disputantur, eaeque vo- 94
luptates singillatim extenuantur, quarum genera non con-
temnunt, quaerunt tamen copiam. Nam et obscenas voluptates,
de quibus multa ab illis habetur oratio, faciles, communes, in
medio sitas esse dicunt, easque si natura requirat, non genere
aut loco aut ordine, sed forma, aetate, figura metiendas pu-
tant, ab iisque abstinere minime esse difficile, si aut valetudo

---

tristiores, nešto zlovoljne. — **92.** *a sole,* sc. *recede.* — *offecerat... apricanti,* bio ga je zaklonio, kad se sunčao. — *vita fortunaque,* sretnim životom. — **93.** *vides,* znaš. — *partim naturales... partim neutrum,* Diog. Lært. x. 149: *Τῶν ἐπιθυμιῶν αἵ μέν εἰσι φυσικαὶ καὶ ἀναγκαῖαι, αἵ δὲ φυσικαὶ καὶ οὐκ ἀναγκαῖαι, αἵ δὲ οὔτε φυσικαὶ οὔτε ἀναγκαῖαι.* — *nihilo,* abl. pretii. — *parabiles,* mogu se lako nabaviti. — *attingerent = pertinerent ad...* — **94.** *hoc loco,* tom zgodom. — *eaque... copiam,* i pojedince slabo cijene one naslade, kojih vrste ne preziru, ali hoće, da ih čovjek može sebi lako pribaviti. Misli se prva i druga vrsta. Epikurejci su ih pojedince slabo cijenili, osobito one 2. vrste, ali ih nisu uopće *(genera)* prezirali; samo su tražili, da ih čovjek može lako pribaviti; ako bi pribavljanje njihovo iziskivalo mnogo truda, voljeli su ih se odreći. — *faciles, communes... esse,* mogu se lako i svagdje pribaviti. — *genere,* po obitelji; *loco,* po mjestu; *ordine,* po staležu; *forma,* po ljepoti; *figura,* po obliku (stasu).

aut officium aut fama postulet, omninoque genus hoc volup-
95 tatum optabile esse, si non obsit, prodesse numquam. To-
tumque hoc de voluptate sic ille praecipit, ut voluptatem ipsam
per se, quia voluptas sit, semper optandam expetendamque
putet, eademque ratione dolorem ob id ipsum, quia dolor sit,
semper esse fugiendum; itaque hac usurum compensatione
sapientem, ut et voluptatem fugiat, si ea maiorem dolorem
effectura sit, et dolorem suscipiat maiorem efficientem volup-
tatem, omniaque iucunda, quamquam sensu corporis iudicen-
96 tur, ad animum referri tamen. Quocirca corpus gaudere tam
diu, dum praesentem sentiret voluptatem, animum et praesen-
tem percipere pariter cum corpore et prospicere venientem nec
praeteritam praeterfluere sinere. Ita perpetuas et contextas
voluptates in sapiente fore semper, cum expectatio speratarum
voluptatum cum perceptarum memoria iungeretur.

34
97 Atque his similia ad victum etiam transferuntur, extenu-
aturque magnificentia et sumptus epularum, quod parvo cultu
natura contenta sit. Etenim quis hoc non videt, desideriis
omnia ista condiri? Dareus in fuga cum aquam turbidam et
cadaveribus inquinatam bibisset, negavit umquam se bibisse
iucundius. Numquam videlicet sitiens biberat. Nec esuriens
Ptolomaeus ederat; cui cum peragranti Aegyptum comitibus
non consecutis cibarius in casa panis datus esset, nihil visum
est illo pane iucundius. Socratem ferunt, cum usque ad vespe-
rum contentius ambularet quaesitumque esset ex eo, quare id
faceret, respondisse se, quo melius cenaret, obsonare ambu-
98 lando famem. Quid? victum Lacedaemoniorum in philitiis nonne
videmus? Ubi cum tyrannus cenavisset Dionysius, negavit se
iure illo nigro, quod cenae caput erat, delectatum. Tum is, qui

— 96. *quocirca,* sc. *præcipit.* — *percipere,* uživati. — *præterfluere,* iščeznuti iz pameti, ispasti iz glave. — *perpetuas et contextas,* tako će naslade biti neprekinute i vezane. — 97. *his similia,* t. j. načela slična spomenutima (tražiti naslade, koje ne škode tijelu). — *omnia ista,* sc. *epulæ.* — *Dareus,* Darej III. Kodoman, kojega je pobijedio Aleksandar Veliki. — *Ptolomæus,* ne zna se, koji je to Ptolomej. — *cui* zavisno o *datus esset.* — *comitibus non consecutis,* abl. aps., pratnja je bila zaostala. — *cibarius panis,* crn kruh, Isid. Orig. XX. 2: *panis cibarius est, qui ad cibum servis datur, nec delicatus.* — *obsonare famem,* kupuje glad kao začin, smok = *obsonii loco famem sibi parare.* — 98. *philitiis*

illa coxerat: »Minime mirum; condimenta enim defuerunt«.
»Quae tandem?« inquit ille. »Labor in venatu, sudor, cursus
ad Eurotam, fames, sitis. His enim rebus Lacedaemoniorum
epulae condiuntur«. Atque hoc non ex hominum more solum,
sed etiam ex bestiis intellegi potest, quae, ut quidquid obiectum
est, quod modo a natura non sit alienum, eo contentae non
quaerunt amplius. Civitates quaedam universae more doctae 99
parsimonia delectantur, ut de Lacedaemoniis paulo ante dixi-
mus. Persarum a Xenophonte victus exponitur, quos negat
ad panem adhibere quicquam praeter nasturcium. Quamquam,
si quaedam etiam suaviora natura desideret, quam multa ex
terra arboribusque gignuntur cum copia facili, tum suavitate
praestanti! Adde siccitatem, quae consequitur hanc continen-
tiam in victu, adde integritatem valetudinis; confer sudantes, 100
ructantes, refertos epulis tamquam opimos boves: tum intelle-
ges, qui voluptatem maxime sequantur, eos minime consequi,
iucunditatemque victus esse in desiderio, non in satietate. Ti- **35**
motheum, clarum hominem Athenis et principem civitatis, fe-
runt, cum cenavisset apud Platonem eoque convivio admodum
delectatus esset vidissetque eum postridie, dixisse: »Vestrae
quidem cenae non solum in praesentia, sed etiam postero die
iucundae sunt.« Quid, quod ne mente quidem recte uti possu-
mus multo cibo et potione completi? Est praeclara epistula Pla-
tonis ad Dionis propinquos, in qua scriptum est his fere ver-
bis: »Quo cum venissem, vita illa beata, quae ferebatur, plena

ili *phiditiis* prema tome, izvodi li se od φιλεῖν ili od φείδεσθαι. — *iure:* ζωμὸς Λακωνικός ili μέλας, juha. — *caput,* glavno jelo. — *illa,* plur. = *ius nigrum.* — *hoc,* t. j. da narav traži samo to, da se potreba zadovolji. — *quidquid,* sc. *ut aliquid obiectum est, quidquid est.* — *modo non sit alienum,* protivno; koncesivno. — 99. *more doctæ,* t. j. koje je običaj tako naučio. — Xenophonte, Cyrup. I. 2. 8: φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτον μὲν ἄρτον, ὄψον δὲ κάρδαμον. — *copia facili,* abl. qualit., što se može lako pribaviti, isp. 94. — *siccitatem,* jedrina; Varon kod Nonija IV. 458: *Persæ propter exercitationes pueriles modicas eam sunt consecuti corporis siccitatem, ut neque spuerent neque emungerentur, sufflatove corpore essent.* — *integritatem valetudinis,* krepko, čvrsto zdravlje. — 100. *princeps civitatis,* odličan državnik. — *in præsentia,* na čas. — *mente uti, duševno* raditi. — *epistula,* t. j. sedmi list Platonov (ali su podmetnuti). Pisan je rođacima Dionovim, koji je bio Platona pozvao u Sirakuzu i s njim se sprijateljio. Udešen je tako, kao da je pisan poslije ubojstva Dionova. — *quo cum venirem,* u Siciliju na prvom svom putu 389. g. — *quæ ferebatur,* o kojem

Italicarum Syracusiarumque mensarum, nullo modo mihi pla-
cuit: bis in die saturum fieri nec umquam pernoctare solum
ceteraque, quae comitantur huic vitae, in qua sapiens nemo
efficietur umquam, moderatus vero multo minus. Quae enim
101 natura tam mirabiliter temperari potest?« Quomodo igitur
iucunda vita potest esse, a qua absit prudentia, absit moderatio?
Ex quo Sardanapalli, opulentissimi Syriae regis, error agnos-
citur, qui incidi iussit in busto:

»Haec habeo, quae edi quaeque exsaturata libido
Hausit; at illa iacent multa et praeclara relicta.«

»Quid aliud, inquit Aristoteles, in bovis, non in regis sepulcro
inscriberes? Haec habere se mortuum dicit, quae ne vivus
102 quidem diutius habebat quam fruebatur.« Cur igitur divitiae
desiderentur, aut ubi paupertas beatos esse non sinit? Signis,
credo, et tabulis studes. Si quis est, qui his delectetur, nonne
melius tenues homines fruuntur quam illi, qui iis abundant?
Est enim earum rerum omnium in nostra urbe summa in pu-
blico copia. Quae qui privatim habent, nec tam multa et raro
vident, cum in sua rura venerunt; quos tamen pungit aliquid,
cum, illa unde habeant, recordantur. Dies deficiat, si velim
paupertatis causam defendere. Aperta enim res est, et cotidie
nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam parvis rebus
egeat, quam vilibus.

36
103 Num igitur ignobilitas aut humilitas aut etiam popularis
offensio sapientem beatum esse prohibebit? Vide, ne plus

---

su svi govorili. — *plena . . . mensarum,* pun jela; Grci su u Siciliji i u donjoj Italiji raskošno živjeli, a *Siculæ dapes* (Horat., Carm. 3. 1. 18.) bile su poslovične. — *huic,* sc. *Syracusiæ.* — *efficietur,* postati. — *temperari,* udešen biti, t. j. da bi kod takva života tko mogao biti *sapiens* i *moderatus.* — **101.** *Sardanapalli,* to je tip istočnjačke raskošnosti i mekoće. — *Syriæ = Assyriæ.* — *busto,* grob, grobni spomenik. — *hæc habeo.* Grčki pisci bilježe epigram ovako:

Κεῖν' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.

102. *ubi = qua in re.* — *tabulis,* sc. *pictis.* — *tenues,* siromašni. — *in publico,* na javnim mjestima. — *tam multa,* sc. *habent.* — *pungit,* upravo: bockati, ali kako se radi o savjesti, mi kažemo: *gristi.* I pojedini Rimljani imali su u svojim palačama i vilama kipova i slika, ali su ih ponajviše silom ili prevarom stekli i donijeli iz grčkih krajeva. — **103.** *popularis offensio,* zamjera narodu, inače tuđom riječju: nepopularnost. — *commendatio in vulgus,* obljubljenost kod naroda, popularnost. — *Demosthenes,* Plinije (Ep. IX. 23): *Demosthenes iure*

commendatio in vulgus et haec, quae expetitur, gloria mole-
stiae habeat quam voluptatis. Leviculus sane noster Demo-
sthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis
mulierculae, ut mos in Graecia est, insusurrantisque alteri:
»Hic est ille Demosthenes.« Quid hoc levius? At quantus ora-
tor! Sed apud alios loqui videlicet didicerat, non multum ipse
secum. Intellegendum est igitur nec gloriam popularem ipsam 104
per sese expetendam nec ignobilitatem extimescendam. »Veni
Athenas, inquit Democritus, neque me quisquam ibi agnovit.«
Constantem hominem et gravem, qui glorietur a gloria se
afuisse! An tibicines iique, qui fidibus utuntur, suo, non multi-
tudinis arbitrio cantus numerosque moderantur, vir sapiens,
multo arte maiore praeditus, non quid verissimum sit, sed quid
velit vulgus, exquiret? An quicquam stultius quam, quos sin-
gulos sicut operarios barbarosque contemnas, eos aliquid pu-
tare esse universos? Ille vero nostras ambitiones levitatesque
contemnet honoresque populi etiam ultro delatos repudiabit;
nos autem eos nescimus, antequam paenitere coepit, contem-
nere. Est apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum 105
Hermodoro; universos ait Ephesios esse morte multandos,
quod, cum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sint:
»Nemo de nobis unus excellat; sin quis extiterit, alio in loco et
apud alios sit.« An hoc non ita fit omni in populo? Nonne
omnem exsuperantiam virtutis oderunt? Quid? Aristides —

---

lætatus est, quod illum anus Attica ita noscitavit: Οὗτός ἐστι Δημοσθένης. Ciceron ga zove *noster* kao svoga druga u govorništvu. — *non multum ipse secum,* Ciceron je po svoj prilici to uzeo iz kakvog grčkog izvora, a nije opazio, da je drugdje drukčije sudio o Demostenu, na pr. Orat. 23: *sed ego recordor longe omnibus unum anteferre Demosthenem, eumque unum accomodare ad eam, quam sentiam eloquentiam, non ad eam, quam in aliquo ipse cognoverim.* — **104.** *Veni . . .,* grčki glase njegove riječi: ἦλθον γὰρ εἰς 'Αθήνας, καὶ οὔτις με ἔγνωκεν. Njemu nije bilo stalo do slave, nego do istraživanja. — *gloria,* slavohlepnost. — *ii, qui fidibus utuntur,* citaraši. — *cantus,* melodije, napjevi; *numeros,* ritam; *moderantur,* udesiti. — *singulos,* svaki za sebe; *universos,* da svi zajedno nešto vrijede. — *ultro delatos,* koje su mu ponuđene, a on nije išao za njima. — *antequam pænitere cœpit,* prije nego se počnemo kajati; Ciceron je to gorko iskusio sam na sebi. — **105.** *est,* sc. *scriptum.* — *nemo . . . excellat = ne quis . . . excellat.* — *exsuperantiam,* isticanje. — *malo enim Græcorum,* Ciceron obično upotrebljava takav izraz, kad bi imao govoriti o primjerima, koji nisu Rimljanima na čast. — *nihil . . . cum populo contrahunt,* nemaju posla s naro-

malo enim Graecorum quam nostra proferre — nonne ob eam
causam expulsus est patria, quod praeter modum iustus esset?
Quantis igitur molestiis vacant, qui nihil omnino cum populo
contrahunt! Quid est enim dulcius otio litterato? iis dico litte-
ris, quibus infinitatem rerum atque naturae et in hoc ipso
mundo caelum, terras, maria cognoscimus.

37
106 Contempto igitur honore, contempta etiam pecunia quid
relinquitur, quod extimescendum sit? Exilium, credo, quod in
maximis malis ducitur. Id si propter alienam et offensam po-
puli voluntatem malum est, quam sit ea contemnenda, paulo
ante dictum est. Sin abesse patria miserum est, plenae mise-
rorum provinciae sunt, ex quibus admodum pauci in patriam
107 revertuntur. »At multantur bonis exules.« Quid tum? parumne
multa de toleranda paupertate dicuntur? Iam vero exilium, si
rerum naturam, non ignominiam nominis quaerimus, quantum
tandem a perpetua peregrinatione differt? in qua aetates suas
philosophi nobilissimi consumpserunt, Xenocrates, Crantor, Ar-
cesilas, Lacydes, Aristoteles, Theophrastus, Zeno, Cleanthes,
Chrysippus, Antipater, Carneades, Clitomachus, Philo, Antio-
chus, Panaetius, Posidonius, innumerabiles alii, qui semel
egressi numquam domum reverterunt. »At enim sine ignomi-
nia.« An potest exilium ignominia afficere sapientem? de sa-
piente enim haec omnis oratio est, cui iure id accidere non
108 possit; nam iure exulantem consolari non oportet. Postremo
ad omnes casus facillima ratio est eorum, qui ad voluptatem
ea referunt, quae sequuntur in vita, ut, quocumque haec loco
suppeditetur, ibi beate queant vivere. Itaque ad omnem ratio-
nem Teucri vox accommodari potest:

dom. — *otio litterato,* dokolica posvećena knjizi. — *infinitatem rerum atque naturæ,* beskrajnost svemira. — **106.** *credo,* ironički. — *offensam populi voluntatem,* v. 103. — *ea,* sc. *offensa populi voluntas.* — *pauci,* misli na one rimske građane, koji su se nastanili u provincijama poradi trgovine. — **107.** *parum multa,* premalo. — *rerum naturam,* zbilja. — *ætates,* plural, jer ih je više filozofa; mi sing.: život. — **108.** *ratio,* načelo, utjeha. — *ad voluptatem ea referunt, quæ sequuntur in vita,* koji po nasladi mjere sve, za čim idu u životu, tako te mogu svagdje, gdje im se (ona) dade, namakne, sretno živjeti. To su dakle Epikurejci, kojima je naslada posljednji cilj njihovih težnja. — *ad omnem rationem,* na svako stanje. — *Teucri vox,* iz Pakuvijeve tragedije *Teucer.* — *cuiatem,* iz koje zemlje. — *illud ipsum,* t. j. da je bio osuđen i prognan. — *Epicuri*

»Pátria est, ubicumque ést bene.«
Socrates quidem cum rogaretur, cuiatem se esse diceret, »Mun-
danum« inquit; totius enim mundi se incolam et civem arbi-
trabatur. Quid? T. Albucius nonne animo aequissimo Athenis
exul philosophabatur? cui tamen illud ipsum non accidisset, si
in re publica quiescens Epicuri legibus paruisset. Qui enim bea- 109
tior Epicurus, quod in patria vivebat, quam, quod Athenis,
Metrodorus? aut Plato Xenocratem vincebat aut Polemo Arce-
silam, quo esset beatior? Quanti vero ista civitas aestimanda
est, ex qua boni sapientesque pelluntur? Damaratus quidem,
Tarquinii nostri regis pater, tyrannum Cypselum quod ferre
non poterat, fugit Tarquinios Corintho et ibi suas fortunas
constituit ac liberos procreavit. Num stulte anteposuit exilii li-
bertatem domesticae servituti?

Iam vero motus animi, sollicitudines aegritudinesque obli- 38 110
vione leniuntur traductis animis ad voluptatem. Non sine
causa igitur Epicurus ausus est dicere semper in pluribus bonis
esse sapientem, quia semper sit in voluptatibus. Ex quo effici
putat ille, quod quaerimus, ut sapiens semper beatus sit.

»Etiamne, si sensibus carebit oculorum, si aurium?« 111
Etiam; nam ista ipsa contemnit. Primum enim horribilis ista
caecitas quibus tandem caret voluptatibus? cum quidam etiam
disputent ceteras voluptates in ipsis habitare sensibus; quae
autem aspectu percipiantur, ea non versari in oculorum ulla
iucunditate, ut ea, quae gustemus, olfaciamus, tractemus, audi-
amus, in ea ipsa, ubi sentimus, parte versentur. In oculis tale

legibus, Epikur je učio, da će se mudrac samo od nevolje dati na državne poslove, jer državnički rad samo smeta težnji za mudrošću i za srećom; najbolji je miran privatan život (*λάθε βιώσας*). — **109.** *in patria,* Ciceron prikazuje, da se Epikur rodio u Ateni, ali drugi izvori kazuju, da se rodio na Samu i kasnije došao u Atenu. — *quo esset beatior,* srećom. — *Damaratus,* isp. Cic., De re publ. 2. 19. 34, Liv. 1. 34. — *Cypselum,* vladao od 658.—628. — *suas fortunas constituit,* uredi svoj život. — **110.** *traductis* ... svrnuvši dušu na uživanje. To je nauk Epikurejaca. — *esse in pluribus,* ima više; sc. *quam in malis.* — **111.** *habitare,* imaju svoje sjedište. — *aspectu,* vidom. — *ea non versari in oculorum ulla iucunditate,* to se ne sastoji u ugodnom osjećanju za oči. — *in ea ipsa, ubi sentimus, parte versentur,* baš je ondje, gdje osjećamo; po nauci dakle Epikurovoj sjedište osjetima nije u duši, nego u ćutilima (osim kod vida). — *aspectus,* kao malo prije: vid. — *adhibet oculos advocatos,* gotovo ne upotrebljava pomoći

nil fit; animus accipit, quae videmus. Animo autem multis modis variisque delectari licet, etiamsi non adhibeatur aspectus. Loquor enim de docto homine et erudito, cui vivere est cogitare. Sapientis autem cogitatio non ferme ad investigandum
112 adhibet oculos advocatos. Etenim si nox non adimit vitam beatam, cur dies nocti similis adimat? Appium quidem veterem illum, qui caecus annos multos fuit, et ex magistratibus et ex rebus gestis intellegimus in illo suo casu nec privato nec publico muneri defuisse. C. Drusi domum compleri a consultoribus solitam accepimus; cum quorum res esset, sua ipsi non videbant, caecum adhibebant ducem. Pueris nobis Cn. Aufidius praetorius et in senatu sententiam dicebat nec amicis deliberantibus deerat et Graecam scribebat historiam et videbat in
39 113 litteris. Diodotus Stoicus caecus multos annos nostrae domi vixit. Is vero, quod credibile vix esset, cum in philosophia multo etiam magis assidue quam antea versaretur et cum fidibus Pythagoreorum more uteretur, cumque ei libri noctes et dies legerentur, quibus in studiis oculis non egebat, tum, quod sine oculis fieri posse vix videtur, geometriae munus tuebatur verbis praecipiens discentibus, unde quo quamque lineam scriberent. Asclepiadem ferunt, non ignobilem Eretricum philosophum, cum quidam quaereret, quid ei caecitas attulisset, respondisse, puero ut uno esset comitatior. Ut enim vel summa paupertas tolerabilis sit, si liceat, quod quibusdam Graecis co-

---

očiju. — **112.** *dies nocti similis = cæcitas.* — *Appium; Appius Claudius Cæcus* sagradio je kao cenzor Apijevu cestu i vodovod, star i slijep dao se odnijeti u vijećnicu odgovarajući senat, da sklopi mir s Pirom. On je ujedno prvi umjetni pjesnik rimski; u starom saturnijskom mjerilu napisao je moralne sentencije. Cic., Cat. m. 11. 37: *quattuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat et cæcus et senex.* — *casu,* nesreća, što je bio slijep. — *nec... defuisse,* nije zanemario, vršio je. — *C. Drusi: C. Livius Drusus,* brat pučkog tribuna M. Livija Druza, protivnik K. Sempronija Graka, bio je govornik i pravnik. — *Cn. Aufidius,* oko 108. g. pretor, kasnije je oslijepio. — *deliberantibus,* koji su pitali za savjet. — *nec... deerat,* nije uskratio pomoć. — *Græcam historiam,* t. j. rimsku povijest grčkim jezikom. — *videat in litteris,* kod nauke je, ma da je bio slijep, vidio, t. j. imao je oštro oko, shvaćanje. — **113.** *fidibus... uteretur,* udarao je u liru. — *geometriæ munus tuebatur,* upravo: vršio je službu učitelja geometrije, poučavao je geometriju. — *scriberent,* imaju povući. — *Asclepiadem,* v. Kazalo. — *puero... uno... comi-*

tidie, sic caecitas ferri facile possit, si non desint subsidia valetudinum. Democritus luminibus amissis alba scilicet discer- 114
nere et atra non poterat, at vero bona mala, aequa iniqua, honesta turpia, utilia inutilia, magna parva poterat, et sine varietate colorum licebat vivere beate, sine notione rerum non licebat. Atque hic vir impediri etiam animi aciem aspectu oculorum arbitrabatur, et cum alii saepe, quod ante pedes esset, non viderent, ille in infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret. Traditum est etiam Homerum caecum fuisse; at eius picturam, non poesin videmus. Quae regio, quae ora, qui locus Graeciae, quae species formaque pugnae, quae acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum non ita expictus est, ut, quae ipse non viderit, nos ut videremus, effecerit? Quid ergo? aut Homero delectationem 115
animi ac voluptatem aut cuiquam docto defuisse umquam arbitramur? aut, ni ita se res haberet, Anaxagoras aut hic ipse Democritus agros et patrimonia sua reliquissent, huic discendi quaerendique divinae delectationi toto se animo dedissent? Itaque augurem Tiresiam, quem sapientem fingunt poetae, numquam inducunt deplorantem caecitatem suam. At vero Polyphemum Homerus cum immanem ferumque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit eiusque laudare fortunas, quod, qua vellet, ingredi posset et, quae vellet, attingere. Recte hic quidem; nihilo enim erat ipse Cyclops quam aries ille pruden-

---

tatior, da ga prati jedan rob više. Asklepijad nije prije imao nikakve pratnje, a kako ju je sada trebao, našalio se, kao da je poput uglednih ljudi već prije imao oko sebe pratnju robova i klijenata. — *quibusdam Græcis cotidie,* ako bi slobodno bilo, što je nekim Grcima svakidan, sc. *mendicare,* prosjačiti; ali to prešućuje, da ne uvrijedi učene, a siromašne Grke, koji su živjeli po kućama bogatih Rimljana. — **114.** *luminibus,* oči, vid. — *magna, parva,* znatne, neznatne stvari. — *aspectu oculorum,* očinjim vidom. — *ante pedes,* mi bismo rekli: pred nosom. — *in infinitatem... peregrinabatur,* t. j. *animo.* — *ut nulla in... consisteret,* da se nije zaustavio. — *picturam,* zato su ga zvali τῶν ζωγραφέων ὁ ἄριστος, to se tumači onim, što slijedi. — *ferarum,* sc. *motus.* — **115.** *Anaxagoras,* v. Kazalo. Da se može mirno posvetiti nauci, ostavi svoje imanje rođacima i ode u Atenu, gdje je živio, dok ga nisu odanle prognali. — *Democritus,* v. Kazalo. Za nj se pripovijeda, da je kod diobe očinstva uzeo manji dio, koji se sastojao u novcu, i potrošio ga na putovanju. — *augurem* = μάντιν — *inducunt deplorantem,* prikazuje, gdje...; slično *facit colloquentem,* ali je odmah prešao i u drugu konstrukciju: *eiusque laudare fortunas.* — *fortunas,* u značenju:

40
116 tior. In surditate vero quidnam est mali? Erat surdaster M.
Crassus, sed aliud molestius, quod male audiebat, etiamsi, ut
mihi videbatur, iniuria. Nostri Graece fere nesciunt nec Graeci
Latine. Ergo hi in illorum et illi in horum sermone surdi,
omnesque item nos in iis linguis, quas non intellegimus, quae
sunt innumerabiles, surdi profecto sumus. At vocem citha-
roedi non audiunt. Ne stridorem quidem serrae, tum cum
acuitur, aut grunditum, cum iugulatur, suis nec, cum quiescere
volunt, fremitum murmurantis maris; et si cantus eos forte
delectant, primum cogitare debent, antequam hi sint inventi,
multos beate vixisse sapientes, deinde multo maiorem percipi
117 posse legendis his quam audiendis voluptatem. Tum, ut paulo
ante caecos ad aurium traducebamus voluptatem, sic licet
surdos ad oculorum. Etenim, qui secum loqui poterit, sermo-
nem alterius non requiret. Congerantur in unum omnia, ut
idem oculis et auribus captus sit, prematur etiam doloribus
acerrimis corporis. Qui primum per se ipsi plerumque conficiunt
hominem; sin forte longinquitate producti vehementius tamen
torquent, quam ut causa sit, cur ferantur, quid est tandem,
di boni, quod laboremus? Portus enim praesto est, aeternum
nihil sentiendi receptaculum. Theodorus Lysimacho mortem
minitanti »Magnum vero, inquit, effecisti, si cantharidis vim

sudbina; u tom značenju rijetko se nalazi u pluralu; to, što Polifem drži sretnom ovnovu sudbinu, morao je Ciceron uzeti iz kojeg drugog grčkog izvora, jer u Homera (Odyss. IX. 447) nema o tom spomena. — **116.** *M. Crassus: M. Licinius Crassus,* član prvog triumvirata, vanredno bogat čovjek; držali ga čovjekom slabe glave, ali lakomim. Poginuo je 53. g. u vojni protiv Parta. — *molestius,* sc. *ei erat.* — *male audiebat* (κακῶς ἀκούειν) na zlu glasu biti, prevedi: što je (o sebi samo) zlo slušao; duhovito rečeno prema *surdaster.* — *Græci Latine,* sc. *sciunt.* — *multos beate vixisse sapientes,* mlađi su stoici učili, da je zlatno doba bilo doba mudraca. — *his,* t. j. lirskih pjesama. — **117.** *paulo ante,* v. 111. — *ad aurium traducebamus voluptatem,* navraćali smo slijepe na uživanje sluhom; *licet,* sc. *traducere ad oculorum voluptatem.* — *secum loqui* znači što i: misliti, v. 103. — *congerantur,* koncesivno: uzmimo, neka se sve skupi u jednoga; *captus = privatus.* — *qui,* sc. *acerrimi sunt.* — *longinquitate producti;* mj. koncesivne rečenice: i ako se otegnule. — *vehementius, quam ut causa sit, cur ferantur,* žešće, negoli imamo razloga, da ih trpimo (podnosimo). — *æternum nihil sentiendi receptaculum,* vječni zaklon, gdje se ništa ne osjeća. — *Theodorus,* v. 102. — *vero,* ironički. — *cantharidis, cantharis,* je

consecutus es«. Paulus Persi deprecanti, ne in triumpho duce- 118
retur, »In tua id quidem potestate est«. Multa primo die, cum
de ipsa morte quaereremus, non pauca etiam postero, cum
ageretur de dolore, sunt dicta de morte, quae qui recordetur,
haud sane periculum est, ne non mortem aut optandam aut
certe non timendam putet. Mihi quidem in vita servanda vi- 41
detur illa lex, quae in Graecorum conviviis obtinetur: »Aut
bibat, inquit, aut abeat.« Et recte. Aut enim fruatur aliquis
pariter cum aliis voluptate potandi aut, ne sobrius in violen-
tiam vinulentorum incidat, ante discedat. Sic iniurias fortu-
nae, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. Haec eadem,
quae Epicurus, totidem verbis dicit Hieronymus.

Quodsi ii philosophi, quorum ea sententia est, ut virtus 119
per se ipsa nihil valeat, omneque, quod honestum nos et lau-
dabile esse dicimus, id illi cassum quiddam et inani vocis sono
decoratum esse dicant, ii tamen semper beatum censent esse
sapientem, quid tandem a Socrate et Platone profectis philo-
phis faciendum iudicas? quorum alii tantam praestantiam in
bonis animi esse dicunt, ut ab his corporis et externa obscu-
rentur, alii autem haec ne bona quidem ducunt, in animo re-
ponunt omnia. Quorum controversiam solebat tamquam ho- 120
norarius arbiter iudicare Carneades. Nam cum, quaecumque
bona Peripateticis, eadem Stoicis commoda viderentur, neque
tamen Peripatetici plus tribuerent divitiis, bonae valetudini, ce-
teris rebus generis eiusdem quam Stoici, cum ea re, non ver-

vrsta kukaca, koja se u starini upotrebljavala za otrov. — **118.** *Paulus,* je L. Emilije Paul, pobjednik kod Pidne. — *Persi* je dativ od *Perses,* drugdje deklinira Ciceron ovo ime po 1. deklinaciji. — *id,* sc. *duci,* misli: možeš se od toga izbaviti smrću. — *obtinetur,* na koji se pazi, koji se vrši (drži). — *aut bibat aut abeat:* ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι. I Grci su poredili život s gozbom. — *iniurias,* udarce. — *Hieronymus,* oko 300. g., pripadao je peripatetičkoj školi, ali se bio od nje znatno udaljio. — **119.** *ii,* ako isti Epikurejci drže mudraca uvijek sretnim, prije ga mogu držati druge filozofske škole: akademici, peripatetici, stoici. — *quorum ea sententia est,* koji imaju to načelo. — *corporis,* sc. *bona.* — *alii,* akademici i peripatetici; *alii autem,* stoici. — *hæc,* sc. *corporis et externa bona.* — **120.** poredaj: *nam cum eadem,* quæ bona Peripateticis, Stoicis commoda viderentur, neque... *quam Stoici, cum... ponderarentur, causam... negabat.* Pred glavnom rečenicom su dvije s *cum,* drugi *cum* je u tješnjoj vezi s glavnom

bis ponderarentur, causam esse dissidendi negabat. Quare hunc locum ceterarum disciplinarum phisolophi quemadmodum obtinere possint, ipsi viderint; mihi tamen gratum est, quod de sapientium perpetua bene vivendi facultate dignum quiddam philosophorum voce profitentur.

121 Sed quoniam mane est eundum, has quinque dierum disputationes memoria comprehendamus. Equidem me etiam conscripturum arbitror — ubi enim melius uti possumus hoc, cuicuimodi est, otio? —, ad Brutumque nostrum hos libros alteros quinque mittemus, a quo non modo impulsi sumus ad philosophiae scriptiones, verum etiam lacessiti. In quo quantum ceteris profuturi simus, non facile dixerim, nostris quidem acerbissimis doloribus variisque et undique circumfusis molestiis alia nulla potuit inveniri levatio.«

---

rečenicom, a prva je podložna obadvjema, glavnoj i drugoj s *cum.* — *plus tribuerent alicui,* više cijenim što. — *hunc locum,* mi bismo rekli: ovu točku, t. j. o sreći. — *disciplinarum,* ostalih škola. — *obtinere,* braniti, zastupati. — *viderint = videant.* — *dignum quiddam . . . voce,* nešto, što je dostojno mišljenja filozofâ. — **121.** *eundum,* t. j. vratiti se iz Tuskulanskog imanja u Rim. — *memoria comprehendamus,* zadržimo u pameti. — *ubi,* v. 102. — *cuicuimodi est,* kao i 3. 34. 83: *superest nobis hoc, cuicuimodi est,* otium, govoreći: kakvagod bila, Ciceron možda misli reći, da mu ta dokolica nije po volji, jer ga je na nju prisilila samovlada Cezarova. — *alteros,* jer mu je već prije posvetio 5 knjiga *De finibus bonorum et malorum.* — *lacessiti,* jer mu je Brut bio posvetio spis *De virtute,* isp. V., 1. 1.

M. TULLII CICERONIS

De officiis ad M. filium

LIBER PRIMUS

Prooemium. *Ciceron opominje sina, koji se nalazi na nauci u Ateni, da za svoju govorničku izobrazbu pored grčkih nauka ne zanemari čitanje latinskih pisaca, pa da marljivo čita i njegove govore i filozofske spise* (1—4).

Uvod. *Razložit će nauku o dužnostima po načelima filozofâ, koji kao na pr. stoici drže krepost za jedino, ili kao akademici i peripatetici, za najveće dobro. Povodit će se u prvom redu za stoicima* (4—6. *Raspravljanje se dijeli u dva dijela, teoretički: nauk o najvećem dobru, i praktički: nauk o dužnostima u običnom životu. On će govoriti praktički o dužnostima. Dužnosti se dijele u srednje i savršene. Čitavu će građu podijeliti u pet dijelova: a) o ćudorednom; b) o sukobu između dviju ćudorednih stvari; c) o korisnom; d) o sukobu između dviju korisnih stvari; e) o sukobu između ćudorednoga i korisnoga* (7—10).

Prvi dio. *Ćudoredno i dužnosti, što iz njega izviru.*

Principio generi animantium omni est a natura tributum, 4 11
ut se, vitam corpusque tueatur, declinet ea, quae nocitura videantur, omniaque, quae sint ad vivendum necessaria, anquirat

---

11. *principio,* prije svega. — *se, vitam corpusque: vitam corpusque,* izbliže razjašnjuje *se:* sebe, t. j. život i tijelo. — *ut..., ut... ut,* anafora česta u Cicerona, prevedi jedamput. — *commune . . . appetitus: commune* supstantivno: zajedničko svojstvo. — *quædam,* kaže zato, jer je skrb roditelja za porod različna u različnih životinja. — *tantum, quantum sensu movetur, ad id . . . se accommodat,* što se životinja toliko, koliko je nagoni (potiče) osjećanje, vlada samo prema onome, što je sada pred njom *(quod adest quodque præsens est),* a veoma malo (slabo) osjeća prošlost ili budućnost; životinju zove *belua,* ne *animal,* jer je čovjek *animal; adest* izriče mjesto, *præsens* vrijeme. — *homo,*

*

et paret, ut pastum, ut latibula, ut alia generis eiusdem. Commune item animantium omnium est coniunctionis appetitus procreandi causa et cura quaedam eorum, quae procreata sint; sed inter hominem et beluam hoc maxime interest, quod haec tantum, quantum sensu movetur, ad id solum, quod adest quodque praesens est, se accommodat paulum admodum sentiens praeteritum aut futurum; homo autem, quod rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt earumque praegressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat rebusque praesentibus adiungit atque annectit futuras, facile totius vitae cursum videt ad eamque
12 degendam praeparat res necessarias. Eademque natura vi rationis hominem conciliat homini et ad orationis et ad vitae societatem ingeneratque imprimis praecipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt, impellitque, ut hominum coetus et celebrationes et esse et a se obiri velit ob easque causas studeat parare ea, quae suppeditent ad cultum et ad victum, nec sibi soli, sed coniugi, liberis ceterisque, quos caros habeat tuerique debeat; quae cura exsuscitat etiam animos et maiores

predikat mu je *facile... videt,* ali jer je period dugačak, rastavi ga tako, da mjesto *per quam* uzmeš *per eam,* a onda pred *facile* metni: i tako. — *prægressus,* razvitak; *quasi antecessiones,* tako reći dalje povode; *quasi* upotrebljava zato, jer je *antecessio* u tom značenju nova riječ. — *similitudines comparat,* poredi slične stvari; Ciceron je uzeo apstraktno mjesto konkretnoga. — *adiungit atque annectit,* hendiadyoin: usko veže. — **12.** Ciceron je istakao, da je čovjek sličan životinji u tom, što nastoji, da se pojedinac uzdrži i vrsta množi, a sada prelazi na ono, što čovjeka dijeli od životinje, a to je razum. Kao razumno biće čovjek osjeća potrebu, da živi prema razumu, a od ove glavne potrebe nastaju druge četiri, koje su izvor četiriju glavnih kreposti: 1. iz društvenoga nagona izvire *pravednost;* 2. iz nagona za istinom *mudrost;* 3. iz nagona za prvenstvom *hrabrost;* 4. iz nagona za skladom i redom, koji daje osjećanje ljepote, izlazi krepost, koju Grci zovu *σωφροσύνη,* a Ciceron je zove *decorum.* Sve četiri zajedno sačinjavaju *honestum,* o kojem radi 1. knjiga. — *eademque,* ujedno. — *hominem homini, homines inter se,* jer Rimljanin nema recipročne zamjenice. — *et ad orationis et ad vitæ societatem,* zajednički govor i društveni život. — *celebrationes = frequentationes,* veliki zborovi. — *et esse et a se obiri,* i budu i da ih polazi. — *suppeditent = suppetant,* sufficiant, dotjecati. — *ad cultum,* fin, udoban život, udobnost. — *victus,* hrana, život. — *tueri,* uzdržavati. — *ad rem gerendam,* za rad. — **13.** *inquisitio atque investigatio,* možeš uzeti kao hendiadyoin: revno istraživanje. — *rerum aut occultarum aut admirabilium,* tajna i čudesa prirode. — *vivendi,* znati. — *a natura bene*

ad rem gerendam facit. Imprimisque hominis est propria veri 13
inquisitio atque investigatio. Itaque cum sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum avemus aliquid videre, audire, addiscere cognitionemque rerum aut occultarum aut admirabilium ad beate vivendum necessariam ducimus. Ex quo intellegitur, quod verum, simplex sincerumque sit, id esse naturae hominis aptissimum. Huic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quaedam principatus, ut nemini parere animus bene informatus a natura velit nisi praecipienti aut docenti aut utilitatis causa iuste et legitime imperanti; ex quo magnitudo animi existit
humanarumque rerum contemptio. Nec vero illa parva vis na- 14
turae est rationisque, quod unum hoc animal sentit, quid sit ordo, quid sit, quod deceat, in factis dictisque, qui modus. Itaque eorum ipsorum, quae aspectu sentiuntur, nullum aliud animal puchritudinem, venustatem, convenientiam partium sentit; quam similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens multo etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consiliis factisque conservandam putat cavetque, ne quid indecore effeminateve faciat, tum in omnibus et opinionibus et factis ne quid libidinose aut faciat aut cogitet. Quibus ex rebus conflatur et efficitur id, quod quaerimus, honestum, quod etiamsi nobilitatum non sit, tamen honestum sit, quodque vere dicimus, etiamsi a nullo laudetur, natura esse laudabile.

informatus, od naravi odličan. — *præcipienti,* tiče se prakse; *docenti,* teorije: koji ga upućuje. — *humanarum = externarum* kao 66: *rerum externarum despicientis,* t. j. prezire vanjštinu, koja se s krepošću ne slaže. — 14. *naturæ rationisque,* razumne ljudske naravi. — *sentit,* zna. — *quod deceat,* perifraza za *decorum.* — *quæ aspectu sentiuntur,* što se vidom zamjećuje, perifraza za riječ *visibilis,* koja se upotrebljava tek u carsko doba (Plinije stariji). — *convenientiam,* skladnost. — *quam similitudinem = quarum* (sc. *pulchritudinis*) *similitudinem:* a razumna ljudska narav prenoseći ta svojstva po sličnosti. — *conservandam,* mjesto da složi s posljednjom imenicom, slaže s onom, koja je po značenju najznatnija. — *faciat,* subjekt: *homo.* — *indecore,* opreka od *pulchritudinem, effeminate* od *constantiam.* — *quibus ex rebus,* t. j. iz tih temeljnih kreposti. — *nobilitatum,* javno priznato *(multitudini probatum);* stoici su učili, da je *honestum* φύσει *(natura)* a ne θέσει (po ljudskom dogovoru); krepost je sama po sebi vrijedna hvale, a ne po tom, što ljudi o njoj sude. Epikurejci su bili protivnoga mišljenja.

Iz spomenutih nagona izlaze 4 glavne kreposti: mudrost (razboritost), pravednost, hrabrost, umjerenost. Kreposti su među sobom vezane, ali iz svake od njih izviru osobite dužnosti. Mudrost je teoretska krepost, bavi se traženjem istine (15—16), *a ostale su tri praktičke* (17).

Dužnosti, što izviru iz onoga, što je ćudoredno dobro. *Dužnost* **mudrosti** *sastoji se u spoznaji istine (18—19). Čuvati se treba dviju pogrešaka: a) da ne držimo, da smo nešto spoznali, što u istinu nismo spoznali; b) da se previše ne trudimo oko tamnih i nepotrebnih stvari, jer bi nas to moglo odvratiti od aktivnoga života* (19). *Dužnosti* **pravednosti.** *Zadaća pravednosti je trojaka: a) nikomu ne škoditi* (20—21); *b) zajednici koristiti* (22); *c) zadanu riječ držati* (23). *Protiv pravednosti griješe: a) koji čine drugomu krivo bilo od straha, da tko njima ne učini krivo (24), bilo od lakomosti* (25), *bilo od pohlepe za vlašću i slavom* (26). *Što čovjek učini krivo u strasti, nije tako teško kao ono, što učini promišljeno* (27); *b) koji se ne opru drugomu, kad čini štetu, a mogli bi to učiniti. Ne čine to ili od straha, da će omrznuti, ili što zaziru od napora, ili od lijenosti i nemarnosti, ili što ne će prekinuti svoje zabave i zanimanje* (28), *ili od sebičnosti* (29). *Koga ne zasljepljuje samoljublje, uvijek će znati, što mu je dužnost, premda je skrb za tuđe stvari teška* (30).

10
31 Sed incidunt saepe tempora, cum ea, quae maxime videntur digna esse iusto homine eoque, quem virum bonum dicimus, commutantur fiuntque contraria, ut reddere depositum, facere promissum; quaeque pertinent ad veritatem et ad fidem, ea migrare interdum et non servare fit iustum. Referri enim decet ad ea, quae posui principio, fundamenta iustitiae, primum ut ne cui noceatur, deinde ut communi utilitati serviatur. Ea cum tempore commutantur, commutatur officium et

31. Ima u životu prilika, kad bi bilo štetno ili beskorisno držati se propisa pravednosti, osobito kad se radi o pogodbama i obećanjima. — *tempora,* prilike. — *eoque,* i to onakova. — *virum,* ne treba prevesti. — *facere promissum,* izvršiti obećanje (ne: učiniti obećanje), jer bi to onda bilo samo *promittere*). — *migrare,* prestupiti, prekršiti. — *referri,* pozivati se na što. — *principio* (I. 7. 20): *iustitiæ primum munus est, ut ne cui quis noceat nisi lacessitus iniuria, deinde ut communibus pro communibus utatur, privatis ut suis.* — *fundamenta,* temeljna načela. — *ea,* nisu osnovna načela, jer su nepromjenljiva, nego

non semper est idem. Potest enim accidere promissum aliquod et 32
conventum, ut id effici sit inutile vel ei, cui promissum sit, vel ei,
qui promiserit. Nam si, ut in fabulis est, Neptunus, quod Theseo
promiserat, non fecisset, Theseus Hipolyto filio non esset orbatus; ex tribus enim optatis, ut scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit; quo impetrato in maximos luctus incidit. Nec promissa igitur servanda sunt ea, quae sint iis, quibus promiseris, inutilia, nec, si plus tibi ea noceant quam illi prosint, cui promiseris, contra officium est maius anteponi minori; ut, si constitueris cuipiam te advocatum in rem praesentem esse venturum atque interim graviter aegrotare filius coeperit, non sit contra officium non facere, quod dixeris, magisque ille, cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. Iam illis promissis standum non esse quis non videt, quae coactus quis metu, quae deceptus dolo promiserit? quae quidem pleraque iure praetorio liberantur, nonnulla legibus.

Existunt etiam saepe iniuriae calumnia quadam et nimis 33
callida, sed malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud »Summum ius summa iniuria« factum est iam tritum sermone pro-

stvari, na koje se ona primjenjuju; prevedi: kad se s vremenom te prilike promijene. — 32. *accidere . . . ut = accidere* (desiti se) *promissum aliquod eiusmodi, ut.* — *Theseo.* Tezej je bio troje zamolio u oca Neptuna: da se živ vrati iz podzemlja, kamo je išao po Prozerpinu, da izađe iz Labirinta, gdje je ubio Minotaura, i smrt Hipolitovu (Fedra, žena Tezejeva, kušala je, da zavede čestitog Hipolita), a kad ju je odbio, tužila ga Tezeju, koji mu od Neptuna izmoli smrt; kasnije je saznao za njegovu nevinost). — *optatis,* želje. — *servanda,* držati. — *contra officium est,* protivi se dužnosti. — *maius,* sc. *officium.* — *ut si,* na pr. ako. — *constitueris,* odlučiti, obećati. — *advocatum; advocatus,* u ovo vrijeme ne znači odvjetnika, nego prizvanika, koji bi svojom nazočnošću kod suda pomagao optuženiku. — *in rem præsentem venturum,* je pravnički izraz, isprva je značio: doći na mjesto, da što vidiš (jer se isprva držao sud na mjestu, gdje se nalazila stvar), onda: doći na sud. — *ægrotare cœperit,* razboli se. — *magisque; que,* što više, *magis* spoji s *discedat.* — *destitutum,* da si ga ostavio na cjedilu, da si ga prevario. — *iam,* nadalje. — *stare,* s abl. = držati što. — *quæ,* sc. *promissa,* takva se obećanja ukidaju. — *iure prætorio.* Kad bi pretor nastupio svoju čast, proglasio bi načela, kojih će se u službi držati *(edictum).* Edikti su sačinjavali *ius prætorium.* Tako je pretor mogao po prirodnoj pravičnosti riješiti one slučajeve, koji se nisu spominjali u građanskom pravu, koje su sačinjavali zakoni *(leges)* stvoreni u narodnim skupštinama. — 33. *calumnia,* izvrtanje prava. — *callida,* previjan. — *summum ius summa in-*

verbium. Quo in genere etiam in re publica multa peccantur, ut ille, qui, cum triginta dierum essent cum hoste indutiae factae, noctu populabatur agros, quod dierum essent pactae, non noctium indutiae. Ne noster quidem probandus, si verum est Q. Fabium Labeonem seu quem alium — nihil enim habeo praeter auditum — arbitrum Nolanis et Neapolitanis de finibus a senatu datum, cum ad locum venisset, cum utrisque separatim locutum, ne cupide quid agerent, ne appetenter, atque ut regredi quam progredi mallent. Id cum utrique fecissent, aliquantum agri in medio relictum est. Itaque illorum fines sic, ut ipsi dixerant, terminavit; in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicavit. Decipere hoc quidem est, non
11 iudicare. Quocirca in omni est re fugienda talis sollertia.

Sunt autem quaedam officia adversus eos servanda, a quibus iniuriam acceperis. Est enim ulciscendi et puniendi modus; atque haud scio an satis sit eum, qui lacessierit, iniuriae suae paenitere, ut et ipse ne quid tale posthac et ceteri sint ad iniuriam tardiores.

I prema neprijateljima treba biti pravedan, dakle prema onomu, tko te uvrijedi (33), *prema neprijatelju domovine* (34—41). *Rat se smije započeti samo onda, ako pregovori ne uspiju* (34), *a voditi ga treba samo zato, da možemo živjeti u miru zaštićeni od nepravde. Kad smo pobijedili, treba s pobijeđenima blago postupati* (35). *Rat valja redovno navijestiti, a boriti se smiju samo vojnici. Sama riječ* hostis *dokazuje, da rimski narod shvaća rat blago* (36—37). *Ako se radi o supremaciji, a ne o opstanku, onda*

---

iuria upotrebljava se još i danas kao poslovica; *summum ius,* pod tim se misli pedantno tumačenje slova zakona, gdje se ne pazi na duh njegov; *iniuria* u moralnom pogledu: nepravda, nepravednost. Slično kaže Terencije Heautont. IV. 5. 48: *ius summum sæpe summast (= summa est) malitia.* — *quo in genere,* s obzirom na to, u tom pogledu. — *in re publica,* u politici. — *ut ille,* sc. *peccavit;* misli na spartanskog kralja Kleomena, koji je tako prevario Argivce. — *ne noster quidem probandus, si verum est Q. Fabium Labeonem seu quem alium,* anakolut, pravilna bi konstrukcija bila: *ne noster quidem probandus, si verum est, sive is Labeo sive quis alius fuit, qui arbiter datus... locutus est;* Labeon je bio 183. g. konzul. — *nihil habeo (= scio) præter auditum (= præterquam quod id audivi).* — *cupide,* strastveno (od mržnje). — *appetenter,* pohlepno; *atque,* nego. — *regredi quam progredi,* neka radije pomaknu granicu natrag nego naprijed. — *sollertia,* u zlu značenju: lukavstvo. — *haud scio an satis sit,* prevedi: možda bi dovoljno bilo, da... — *tale,* sc. faciat.

treba rat blaže voditi (38). *I neprijatelju treba držati zadanu riječ* (39—40). *I s robovima valja pravedno postupati* (41). *Kod dobročinstva moramo na troje paziti: a) dobro djelo ne smije nikomu škoditi* (42—43); *b) treba da odgovara našim sredstvima* (44); *c) činiti valja dobro djelo prema zasluzi i dostojanstvu onoga, kome ga činimo, dakle valja da pazimo na značaj onoga, koji ga prima* (45—46), *na odnos njegov prema nama* (47), *na usluge, koje nam je učinio* (47—48), *na potrebu onoga, koji treba naše pomoći* (49), *ako nam je bliži, više ćemo mu činiti dobro.*

Optime autem societas hominum coniunctioque servabitur, 16 50
si, ut quisque erit coniunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur. Sed, quae naturae principia sint communitatis et societatis humanae, repetendum videtur altius. Est enim primum, quod cernitur in universi generis humani societate. Eius autem vinculum est ratio et oratio, quae docendo, discendo, communicando, disceptando, iudicando conciliat inter se homines coniungitque naturali quadam societate; neque ulla re longius absumus a natura ferarum, in quibus inesse fortitudinem saepe dicimus, ut in equis, in leonibus, iustitiam, aequitatem, bonitatem non dicimus; sunt enim rationis exper-
tes. Ac latissime quidem patens hominibus inter ipsos, omni- 51
bus inter omnes societas haec est. In qua omnium rerum, quas ad communem hominum usum natura genuit, est servanda communitas ut, quae discripta sunt legibus et iure civili, haec ita teneantur, ut sit constitutum legibus ipsis; cetera sic observentur, ut in Graecorum proverbio est, amicorum esse communia omnia. Omnium autem communia hominum videntur ea, quae sunt generis eius, quod ab Ennio positum in una re transferri in permultas potest:

---

50. *societas... coniunctioque:* društvena veza. — *ut quisque erit coniunctissimus,* što će tko biti u tješnjoj vezi. — *naturæ principia,* prirodni temelji. — *repetendum altius,* dublje razmisliti. — *primum,* sc. *principium.* — *iustitiam ... non dicimus;* pred *iustitiam* metni: ali nema pravednosti... a *dicimus* izostavi. — **51.** *ac latissime... societas,* i to međusobno udruženje ljudi svih među svima seže veoma daleko (široko). — *ut... ipsis,* da se ono, što je zakonima i građanskim pravom podijeljeno (kao privatna svojina), tako posjeduje, kako je samim zakonima određeno. — *proverbio:* κοινὰ τὰ φίλων. — *in una re,* jedan slučaj, primjer; Enije navodi za tu vrstu stvari jedan primjer, ali se može

»Homó, qui erranti cómiter monstrát viam,
Quasi lúmen de suo lúmine accendát, facit.
Nihiló minus ipsi lúcet, cum illi accénderit.«

Una ex re satis praecipit, ut, quicquid sine detrimento commo-
52 dari possit, id tribuatur vel ignoto; ex quo sunt illa communia:
non prohibere aqua profluente, pati ab igne ignem capere, si
qui velit, consilium fidele deliberanti dare, quae sunt iis utilia,
qui accipiunt, danti non molesta. Quare et his utendum est et
semper aliquid ad communem utilitatem afferendum. Sed quo-
niam copiae parvae singulorum sunt, eorum autem, qui his
egeant, infinita est multitudo, vulgaris liberalitas referenda
est ad illum Ennii finem: »Nihilo minus ipsi lucet«, ut facultas
17 53 sit, qua in nostros simus liberales. — Gradus autem plures
sunt societatis hominum. Ut enim ab illa infinita discedatur,
propior est eiusdem gentis, nationis, linguae, qua maxime ho-
mines coniunguntur. Interius etiam est eiusdem esse civitatis;
multa enim sunt civibus inter se communia, forum fana porticus
viae, leges iura iudicia suffragia, consuetudines praeterea et
familiaritates multisque cum multis res rationesque contractae.
Artior vero colligatio est societatis propinquorum; ab illa enim
immensa societate humani generis in exiguum angustumque
54 concluditur. Nam cum sit hoc natura commune animantium, ut
habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso coniugio
est, proxima in liberis, deinde una domus, communia omnia; id
autem est principium urbis et quasi seminarium rei publicae.

primijeniti na veoma mnoge. Kojoj su tragediji pripadali ovi jampski trimetri, nije poznato. — *una ex re:* jednim primjerom (*ex,* jer *iz* primjera izvire pouka). — 52. *ex quo (*sc. *genere) sunt:* amo pripadaju ili odatle su oni opći propisi. — *quæ,* t. j. što je do sada nabrojio: a sve to. — *et his,* sc. *præceptis.* — *copiae,* poredaj: *sed quoniam copiæ singulorum parvæ sunt, multitudo autem eorum . . .* — *vulgaris,* opća, t. j. koja svakomu daje. — *referenda est ad finem,* ima se stegnuti do one granice Enijeve. — *qua . . . simus* je perifraza za genitiv gerunda, jer ga *esse* nema. — 53. *ut discedatur = ut omittam, ut non dicam.* — *propior est,* sc. *societas.* — *gentis, nationis: gens* je opsežniji pojam nego *natio:* narod, pleme. — *interius est* = interior societas; subjekt od *interius* je *esse eiusdem civitatis.* — *multisque cum multis res rationesque contractæ,* i mnoge poslovne veze i interesi zajednički s mnogima. — *concluditur,* stegne se na. — *in . . . angustumque,* dodaj: krug. — 54. *consobrinorum sobrinorumque: consobrini* su upravo sinovi sestara, sinovi braće su *patrueles,* ali ovdje se misle i jedni i drugi: bratučedi; *sobrini,* su djeca bratučedâ: drugobratučedi. — *una*

Sequuntur fratrum coniunctiones, post consobrinorum sobrino-
rumque, qui cum una domo iam capi non possint, in alias domos
tamquam in colonias exeunt. Sequuntur conubia et affinitates,
ex quibus etiam plures propinqui; quae propagatio et suboles
origo est rerum publicarum. Sanguinis autem coniunctio et
benevolentia devincit homines et caritate; magnum est enim 55
eadem habere monumenta maiorum, iisdem uti sacris, sepulcra
habere communia. Sed omnium societatum nulla praestantior
est, nulla firmior, quam cum viri boni moribus similes sunt
familiaritate coniuncti; illud enim honestum, quod saepe dici-
mus, etiamsi in alio cernimus, nos movet atque illi, in quo id
inesse videtur, amicos facit. Et quamquam omnis virtus nos 56
ad se allicit facitque, ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse
videatur, tamen iustitia et liberalitas id maxime efficit. Nihil
autem est amabilius nec copulatius quam morum similitudo
bonorum; in quibus enim eadem studia sunt, eaedem voluntates,
in iis fit, ut aeque quisque altero delectetur ac se ipso, effici-
turque id, quod Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex
pluribus. Magna etiam illa communitas est, quae conficitur ex
beneficiis ultro et citro datis acceptis; quae et mutua et grata
dum sunt, inter quos ea sunt, firma devinciuntur societate. Sed 57
cum omnia ratione animoque lustraris, omnium societatum
nulla est gravior, nulla carior quam ea, quae cum re publica est
uni cuique nostrum. Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui,
familiares, sed omnes omnium caritates patria una complexa
est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit
profuturus? Quo est detestabilior istorum immanitas, qui lace-

domo capi, prevedi aktivno: kad ih već ne može jedna kuća obuhvatiti, kad nemaju prostora u jednoj kući. — *affinitates,* po ženidbi: svojta, tazbina. — *propagatio et suboles, suboles* je posljedica *propagationis,* prevedi, kao da je: *propagatio subolis.* — *sanguinis . . . coniunctio,* krvna veza. — 55. *monumenta maiorum,* ne: spomenike, nego: uspomene na pređe; Ciceron ovdje pomišlja u prvom redu na odlične obitelji rimske, koje su imale slike predaka *(imagines)* s natpisima, *elogia;* i t. d. — *sacris,* obitelji su imale svoj kult *(sacra gentilicia).* — 56. *nec copulatius,* aktivno: i ne veže uže. — *morum . . . bonorum, bonorum* je genitiv zavisan o *morum.* — *ultro et citro,* s jedne i s druge strane: uzajamno. — *devinciuntur,* subjekt mu treba dodati iz *inter quos,* t. j. *ii,* prevedi aktivno: njih veže. — 57. *ratione animoque lustraris,* promotriti i prosuditi. — *cari . . . cari . . . caritas,* prevedi i u hrv. riječima istoga korijena: drag . . . dra-

rarunt omni scelere patriam et in ea funditus delenda occupati
58 et sunt et fuerunt. — Sed si contentio quaedam et comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii, principes sint patria et parentes, quorum beneficiis maximis obligati sumus, proximi liberi totaque domus, quae spectat in nos solos neque aliud ullum potest habere perfugium, deinceps bene convenientes propinqui, quibuscum communis etiam fortuna plerumque est. Quamobrem necessaria praesidia vitae debentur iis maxime, quos ante dixi, vita autem victusque communis, consilia, sermones, cohortationes, consolationes, interdum etiam obiurgationes in amicitiis vigent maxime, estque ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugavit.

Dokle će ići dobročinstvo, najbolje će nas poučiti praksa (59—60). *Dužnosti* hrabrosti. *Hrabrost je najznatnija od glavnih kreposti* (61), *a mora se družiti s pravednošću i dobrohotnošću* (62—63), *inače se lako izvrgne u pohlepu za vlašću i slavom* (64 *do* 65). *Hrabrost se dvojako očituje: a) što čovjek slabo mari za izvanje stvari; b) što žudi, da preuzme vratolomna, ali i slavna djela. Ono prvo je vrednije od drugoga; po onom će svojstvu čovjek moći nadvladati samoga sebe i svoje strasti. Iz ljubavi k mirnu životu i nezavisnosti mnogi se odriču javnoga života, ali to se može opravdati samo nekim prilikama. Tko bez razloga bježi od javnih posala, zaslužuje da ga pokudimo; tko ima sposobnosti, dužan je, da se posveti javnom životu* (66—73).

22
74 Sed cum plerique arbitrentur res bellicas maiores esse quam urbanas, minuenda est haec opinio. Multi enim bella saepe quaesiverunt propter gloriae cupiditatem, atque id in magnis animis ingeniisque plerumque contingit, eoque magis, si sunt

gost. — *sunt,* misli Antonija i njegove ljude; fuerunt, Grake, Katilinu, Klodija, Cezara. — 58. *contentio,* prepiranje, *pitanje.* — *principes ... proximi ... deinceps:* na prvom ... na drugom ... na trećem mjestu. — *bene convenientes,* složni. — *necessaria præsidia vitæ:* sredstva potrebna za život. — *debentur.* prevedi aktivno: dugujemo. — *quos dixi,* t. j. domovini, roditeljima, djeci ... — *vita ... victusque communis,* zajednički život i drugovanje; *victus communis = convictus,* kojim se izriče veća povjerljivost nego s *vita communis.* — *vigent maxime,* najjače izbijaju, uspijevaju.

74. *cupidi bellorum gerendorum,* ratoborni, željni ratovanja. — 75. *citetur;* Salamina se pomišlja personificirano, a *citetur* u pravničkom govoru znači:

ad rem militarem apti et cupidi bellorum gerendorum. Vere autem si volumus iudicare, multae res extiterunt urbanae
maiores clarioresque quam bellicae. Quamvis enim Themistocles 75
iure laudetur et sit eius nomen quam Solonis illustrius citeturque Salamis clarissimae testis victoriae, quae anteponatur consilio Solonis ei, quo primum constituit Areopagitas, non minus praeclarum hoc quam illud iudicandum est. Illud enim semel profuit, hoc semper proderit civitati; hoc consilio leges Atheniensium, hoc maiorum instituta servantur. Et Themistocles quidem nihil dixerit, in quo ipse Areopagum adiuverit, at ille vere a se adiutum Themistoclem; est enim bellum gestum
consilio senatus eius, qui a Solone erat constitutus. Licet eadem 76
de Pausania Lysandroque dicere, quorum rebus gestis quamquam imperium Lacedaemoniis auctum putatur, tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus et disciplinae conferendi sunt; quin etiam ob has ipsas causas et parentiores habuerunt exercitus et fortiores. Mihi quidem neque pueris nobis M. Scaurus C. Mario neque, cum versaremur in re publica, Q. Catulus Cn. Pompeio cedere videbatur. Parvi enim sunt foris arma, nisi est consilium domi. Nec plus Africanus, singularis et vir et imperator, in exscindenda Numantia rei publicae profuit quam eodem tempore P. Nasica privatus, cum Ti. Gracchum interemit; quamquam haec quidem res non solum ex domestica est ratione — attingit etiam bellicam, quoniam vi manuque confecta est —, sed tamen id ipsum est gestum consilio urbano

zvati za svjedoka, ovdje: spominje se. — *Areopagitas,* uredba areopaga kao vrhovnog sudišta za ubojstva je starija od Solona; Solon ga je preuredio i dao mu nadzor nad običajima i skrb za zakonodavstvo. — *hoc ... illud:* savjet *constituere areopagitas* ... pobjeda. — *semel,* Ciceron to krivo shvaća, jer da su Perzijanci pobijedili, jamačno bi nestalo grčke kulture. — *hoc consilio:* vijeće, postojalo je još u vrijeme Ciceronovo i kasnije u carsko doba. — *dixerit ...:* ne bi mogao ništa navesti, čim ...; *ille,* sc. *Solon; vere,* sc. *dixerit.* — *senatus,* nije poznato, da bi areopag bio svjetovao rat, jedino pripovijeda Plutarh (Them. 10), da je areopag, jer nije bilo novca, dao mornarima plaću. — 76. *quorum = nam eorum; minima ex parte,* nimalo, ni iz daleka. — *conferendi sunt,* radi kratkoće *(comparatio compendiaria)* mjesto: njihova djela. — *disciplinæ,* red. — *ob has ipsas causas,* t. j. *leges et disciplinam.* — *parentiores,* poslušniji. — *mihi ... videtur,* po mojem mišljenju, a *cedere = cedebat.* — *neque pueris nobis ... neque cum versaremur,* ni onda, kad ... ni, kad sam se bavio državnim poslovima. — *res,* stvar, djelo. — *ex domestica est ratione,* ne pripada samo

76 sine exercitu. Illud autem optimum est, in quod invadi solere
ab improbis et invidis audio:

„Cedant arma togae, concedat laurea laudi".

Ut enim alios omittam, nobis rem publicam gubernantibus nonne
togae arma cesserunt? Neque enim periculum in re publica fuit
gravius umquam nec maius otium. Ita consiliis diligentiaque
nostra celeriter de manibus audacissimorum civium delapsa
arma ipsa ceciderunt. Quae res igitur gesta umquam in bello
78 tanta? qui triumphus conferendus? Licet enim mihi, M. fili,
apud te gloriari, ad quem et hereditas huius gloriae et factorum
imitatio pertinet. Mihi quidem certe vir abundans bellicis laudibus, Cn. Pompeius, multis audientibus hoc tribuit, ut diceret frustra se triumphum tertium deportaturum fuisse, nisi meo in rem publicam beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. Sunt igitur domesticae fortitudines non inferiores militaribus; in quibus plus etiam quam in his operae studiique ponendum est.

Dužnosti hrabrosti u ratno doba. Budući da se prava hrabrost više tiče duševne nego tjelesne snage (79), *to je bolje sukob pravedno izravnati nego se tući. Rat se ima započeti s očitom namjerom, da se obnovi mir* (80). *U nevolji treba pokazati mir duše i trijeznost; sve treba razmisliti i ne dati se ni čim iznenaditi* (81). *Kod razaranja i pustošenja gradova ne smijemo okrutno postupati, mnoštvo treba čuvati, a kazniti samo krivce* (82). *Uopće ne treba biti ni strašljiv ni drzak. U svem valja najviše paziti na korist države* (83—84).

području mira ili domaćoj politici. — *urbano consilio,* političkim razborom. — 77. *in quod invadi solere . . . audio,* na koju, kako čujem, navaljuju . . . — *togæ,* narodna odjeća, simbol za djela učinjena u mirno doba. — *laurea,* lovorvijenac pobjedonosnog vojskovođe; *laudi,* slava za građanske zasluge, t. j. slava vojnika pred slavom građanina. Taj stih Ciceronov pripadao je njegovoj pjesmi: *De consulatu meo,* pa su ga njegovi politički protivnici izvrgavali ruglu i smijehu. — 78. *certe* spoji s *abundans.* — *hoc tribuit,* iskazao mi je tu čast. — *tertium triumphum.* Pompej je tri puta slavio triumf, prvi put g. 80. nad Ijarbom, numidskim kraljem, drugi put 71. g. nad Sertorijem, treći put 61. g. nad Mitridatom. — *beneficio,* zasluga za . . . — *domesticæ fortitudines,* ima dakle junačkih čina i u mirno doba, koji nisu neznatniji od ratnih; *in quibus,* što više oko onih treba polagati više truda i revnosti nego oko ovih.

Omnino qui rei publicae praefuturi sunt, duo Platonis prae- **25**
cepta teneant, unum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut, 85
quaecumque agunt, ad eam referant obliti commodorum suorum, alterum, ut totum corpus rei publicae curent, ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Ut enim tutela, sic procuratio rei publicae ad eorum utilitatem, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. Qui autem parti civium consulunt, partem neglegunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam; ex quo evenit, ut alii populares, alii studiosi optimi cuiusque vi-
deantur, pauci universorum. Hinc apud Athenienses magnae 86
discordiae, in nostra re publica non solum seditiones, sed etiam pestifera bella civilia; quae gravis et fortis civis et in re publica dignus principatu fugiet atque oderit tradetque se totum rei publicae neque opes aut potentiam consectabitur totamque eam sic tuebitur, ut omnibus consulat. Nec vero criminibus falsis in odium aut invidiam quemquam vocabit omninoque iustitiae honestatique adhaerescet, ut, dum ea conservet, quamvis graviter offendat mortemque oppetat potius quam deserat illa, quae dixi.

Miserrima omnino est ambitio honorumque contentio, de 87
qua praeclare apud eundem est Platonem: »similiter facere eos, qui inter se contenderent, uter potius rem publicam administraret, ut si nautae certarent, quis eorum potissimum gu-

85. *teneant,* neka drže u pameti. — *unum,* Plato, De republ. I. 342 E: *οὐδεὶς ἐν οὐδεμιᾷ ἀρχῇ καθ' ὅσον ἄρχων ἐστί, τὸ αὑτῷ ξυμφέρον σκοπεῖ οὐδ' ἐπιτάττει ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ,* — *tueantur,* paziti na što, čuvati. — *ad eam referant,* da sve . . . po njoj mjere, sude. — *alterum,* Plato, De republ. VI. 420 B: *οὐ μὴν πρὸς τοῦτο βλέπποντες τὴν πόλιν οἰκίζομεν, ὅπως ἕν τι ἡμῖν ἔθνος ἔσται διαφερόντως εὔδαιμον, ἀλλ' ὅπως ὅ τι μάλιστα ὅλη ἡ πόλις.* — *deserant,* zapuste. — *tutela,* skrbništvo; poredi građane, koji su povjereni brizi državnika, sa sirotom za koju se brine skrbnik. — *rem,* zlo. — 86. *populares,* prijatelji puka, demokrati. — *studiosi optimi cuiusque,* pristaše optimatâ. — *hinc,* sc. *extiterunt* ili *ortæ sunt.* — *dignus principatu,* vrijedan prvenstva. — *totamque,* nego . . . — *criminibus,* osvada. — *in odium vocabit,* navúći na koga mržnju, omrazu. — *omninoque: que* prevedi: nego . . . — *iustitiæ . . . adhærescet,* drži se pravednosti. — *dum ea conservet,* samo da ih sačuva. — *quamvis graviter = vel gravissime,* kako hoćeš teško, ma kako teško, pa i najteže. — *offendat,* omraziti se. *deserat,* v. 85. — *illa,* načela. — 87. *honorumque contentio,* teženje za častima. — *est,* mi bismo rekli: čitamo. — *uter,* jer su svagda po dva protivnika, isp. Plato, De republ. VI. 488 B; *τοὺς δὲ ναύτας στασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς*

bernaret«. Idemque praecipit, ut »eos adversarios existimemus,
qui arma contra ferant, non eos, qui suo iudicio tueri rem pub-
licam velint«; qualis fuit inter P. Africanum et Q. Metellum
sine acerbitate dissensio.

88 Nec vero audiendi, qui graviter inimicis irascendum puta-
bunt idque magnanimi et fortis viri esse censebunt; nihil enim
laudabilius, nihil magno et praeclaro viro dignius placabilitate
atque clementia. In liberis vero populis et in iuris aequabilitate
exercenda etiam est facilitas et altitudo animi, quae dicitur,
ne, si irascamur aut intempestive accedentibus aut impudenter
rogantibus, in morositatem inutilem et odiosam incidamus. Et
tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhi-
beatur rei publicae causa severitas, sine qua administrari ci-
vitas non potest.

Omnis autem et animadversio et castigatio contumelia
vacare debet neque ad eius, qui punitur aliquem aut verbis
89 castigat, sed ad rei publicae utilitatem referri. Cavendum est
etiam, ne maior poena quam culpa sit, et ne iisdem de causis
alii plectantur, alii ne appellentur quidem. Prohibenda autem
maxime est ira in puniendo; numquam enim, iratus qui acce-
det ad poenam, mediocritatem illam tenebit, quae est inter
nimium et parum, quae placet Peripateticis, et recte placet,

κυβερνήσεως, ἕκαστον οἰόμενον δεῖν κυβερνᾶν, μήτε μαθόντα πώποτε τὴν τέχνην μήτε ἔχοντα ἀποδεῖξαι τὸν διδάσκαλον i 489 C: *τοὺς νῦν πολιτικοὺς ἄρχοντας ἀπεικάζων οἷς ἄρτι ἐλέγομεν ναύταις οὐχ ἁμαρτήσει.* — *contra*, sc. *nos*. — *suo iudicio*, po svojem uvjerenju: Ciceron traži, da se politički protivnik poštuje, ako se i ne slažemo s njim. — *Q. Metellum: Q. Cæcilius Metellus Macedonicus*, konzul 143. g., protivnik mlađemu Scipionu. Da je bio njegov protivnik *sine acerbitate*, pokazao je Metel, kad je naložio svojim sinovima, da nose mrtvo tijelo Scipionovo, držeći, da to poštovanje ne bi mogli iskazati drugomu znatnijem čovjeku. — 88. *iuris æquabilitas*, ravnopravnost. — *exercenda est facilitas*, treba biti ljubezan i hladnokrvan (uzdržljiv); *altitudo animi*, tako prevodi Ciceron grčku riječ *βαθύτης*, a upotrebljava je, kao i Ad Attic. 5. 10. 3, u značenju: hladnokrvnost, uzdržljivost, t. j. da čovjek umije zadržati svoja čuvstva u »dubini duše« i da im ne da, da provale. — *si irascamur*, možeš prevesti i glagol. prilogom sadašnjim: ljuteći se na neprilične posjetnike ili na bezobrazne molioce. — *morositatem, osornost* (opreka od *facilitas*). — *ita*, uz tu pogodbu. — *animadversio*, kazna. — *castigatio*, karanje. — *contumelia*, potištenost, poruga. — poredaj: *et referri ad utilitatem non eius, qui punitur aliquem aut verbis castigat, sed ad ... utilitatem; punitur*, deponens. — 89. *appellentur*, a drugi se ni ne zovu na odgovornost. — *mediocritatem*, srednji put, mjera. — *Peripateticis*,

modo ne laudarent iracundiam et dicerent utiliter a natura da-
tam. Illa vero omnibus in rebus repudianda est optandumque,
ut ii, qui praesunt rei publicae, legum similes sint, quae ad pu-
niendum non iracundia, sed aequitate ducuntur.

26
Atque etiam in rebus prosperis et ad voluntatem nostram 90
fluentibus superbiam magnopere, fastidium arrogantiamque
fugiamus. Nam ut adversas res, sic secundas immoderate ferre
levitatis est, praeclaraque est aequabilitas in omni vita et idem
semper vultus eademque frons, ut de Socrate itemque de C.
Laelio accepimus. Philippum quidem, Macedonum regem, rebus
gestis et gloria superatum a filio, facilitate et humanitate
video superiorem fuisse; itaque alter semper magnus, alter
saepe turpissimus; ut recte praecipere videantur, qui monent,
ut, quanto superiores simus, tanto nos geramus summissius.
Panaetius quidem Africanum, auditorem et familiarem suum,
solitum ait dicere: »ut equos propter crebras contentiones
proeliorum ferocitate exsultantes domitoribus tradere soleant,
ut iis facilioribus possint uti, sic homines secundis rebus effre-
natos sibique praefidentes tamquam in gyrum rationis et doc-
trinae duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum im-
becillitatem varietatemque fortunae«. Atque etiam in secun- 91
dissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum iisque
maior etiam quam ante tribuenda auctoritas. Iisdemque tem-
poribus cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures
neve adulari nos sinamus, in quo falli facile est; tales enim

v. Tusc. disp. IV. 19. 43: *Peripatetici perturbationes istas, quas nos extirpandas putamus non modo naturales esse dicunt, sed etiam utiliter a natura datas ... primum multis verbis iracundiam laudant, cotem fortitudinis esse dicunt.* — 90. *ad voluntatem nostram fluentibus*, kad nam sve ide po volji. — *fastidium*, bahatost. — *C. Lælio*, zvan *Sapiens*, prijatelj mlađega Scipiona Afričkoga. *magnus*, t. j. Filip, *turpissimus*, t. j. Aleksandar; Justin (IX. 8) ih ovako poredi: *Huic* (sc. *Philippo*) *Alexander filius successit et virtute et vitiis maior ... Iram pater dissimulare, plerumque etiam vincere: hic ubi exarsit, nec dilatio ultionis nec modus erat ... Amari pater malle, hic metui.* — *contentiones prœliorum*, ratna vreva. — *iis facilioribus ... uti*, bolje njima upravljati. — *in gyrum*, krug, u kojem se konji vježbaju; uzmi: škola. — 91. *secundissimis rebus*, u najvećoj sreći. — *ante*, sc. *secundissimas res*. — *iisdemque*, sc. *secundis temporibus*. — *adulari* subjekt: *eos*. — *inflati opinionibus*, naduti od umišljenosti.

nos esse putamus, ut iure laudemur. Ex quo nascuntur innumerabilia peccata, cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur et in maximis versantur erroribus.

Ako se duševna veličina i vidi najočitije kod vojskovođe i državnika, ipak je čovjek može pokazati i u običnom životu (92).

Dužnosti umjerenosti. *Pristojno se ne može odijeliti od ćudorednoga* (93), *a u vezi je s ostalim krepostima* (94—95). *Dvije su vrste pristojnosti, jedna je opća, koja se nalazi uopće u ćudorednom, dakle u skladu, koji se pokazuje u svakoj kreposti, druga je osobita, koja se sastoji u skladu s našom prirodom, t. j. umjerenost i savladavanje samoga sebe* (96—97). *Pristojnost se može primijeniti na čitav život, a osobito nam nalaže, da ljude cijenimo. Ne smije nam biti svejedno, što drugi o nama sude. Kao što nam pravednost nalaže, da nikome ne činimo štetu, tako nam nalaže pristojnost, da nikoga ne vrijeđamo* (98—99).

Držeći se prirode ne ćemo nikad zaći s pravoga puta; pristojnost se ima pokoravati razumu. Opravdane su i tjelesne i duševne požude, koje su u vezi s prirodom (100).

28
101 Duplex est enim vis animorum atque natura; una pars in
appetitu posita est, quae est ὁρμή Graece, quae hominem huc
et illuc rapit, altera in ratione, quae docet et explanat, quid
faciendum fugiendumque sit. Ita fit, ut ratio praesit, appetitus
29 obtemperet. Omnis autem actio vacare debet temeritate et
neglegentia nec vero agere quicquam, cuius non possit causam
102 probabilem reddere... Efficiendum autem est, ut appetitus
rationi oboediant eamque neque praecurrant nec propter pigritiam aut ignaviam deserant sintque tranquilli atque omni animi perturbatione careant; ex quo elucebit omnis constantia omnisque moderatio. Nam qui appetitus longius evagantur et

101. *vis atque natura,* prirodna sposobnost. — *omnis actio,* za subjekt uzmi *homo* i prevedi: čovjek u svakom radu, jer onda je čovjek subjektom i od *nec... agere quicquam.* — **102.** Kao što kočijaš upravlja konjem, tako razum požudama; ovdje su požude personificirane; *præcurrant,* neka ne izmaknu naprijed, t. j. pred razum; *desèrant,* za njim zaostanu, t. j. da ne idu za njim, ne slušaju ga. — *omni... perturbatione careant,* t. j. *nec ullam animi perturbationem concitent.* — *elucebit,* pokazat će se. — *longius evagantur,* zabrazde; *exsultantes* (v. 90), od konja preneseno na požude, prevedi: propinjati se. — *cupiendo,* tumači spomenuto *præcurrant,* a *fugiendo* spomenuto *deserant; fugiendo* prevedi: zazirati, ili još bolje, ako prevedeš imenicama: želja... naziranje. — *licet ora ipsa cernere,* možeš, dosta je samo pogledati... — *gestiunt,* znači upravo: pokazati svoja čuvstva kretnjama, ovdje: ne moći se obuzdati, biti izvan sebe. — *motus statusque*: držanje njihova tijela i kad se kreću i kad stoje. — **103.** *ad... formam,* na pojam. — *excitandamque animadversionem et diligentiam,* podizati, obraćati pažnju i pomnju. — *potius = sed.* — *severitatem,* ozbiljnost. — *studia,* rad. — *quietibus ceteris,* t. j. ostale vrste odmora. — *rebus,* poslovi. — *profusus,* razuzdan. — *ingenuum,* plemenit, pristojan. — *omnem,* t. j. neograničen. — *honestatis actionibus non sit aliena:* ne protivi se ćudorednim činima. — *aliquod probi ingenii lumen eluceat,* neka odsijeva koja zraka plemenite ćudi. — **104.** *Atticorum,* glavni pisci stare atičke komedije, koja je u prvom redu bila politička, jesu Kratin, Eupolid, Aristofan. — *Socraticorum; Socratici,* su učenici Sokratovi: Platon, Ksenofont, Eshin i dr. — *tempore,* u zgodno, pravo vrijeme. — *ut* = na pr. — *si,* sc. *fit.* — *remisso animo,* abl. temporis, za odmora, t. j. kad je duh umoran, pa hoće da se odmori; a moglo bi

tamquam exsultantes sive cupiendo sive fugiendo non satis a ratione retinentur, ii sine dubio finem et modum transeunt; relinquunt enim et abiciunt oboedientiam nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturae. A quibus non modo animi perturbantur, sed etiam corpora. Licet ora ipsa cernere iratorum aut eorum, qui aut libidine aliqua aut metu commoti sunt aut voluptate nimia gestiunt; quorum omnium vultus, voces, motus statusque mutantur.

Ex quibus illud intellegitur, ut ad officii formam reverta 103
mur, appetitus omnes contrahendos sedandosque esse excitandamque animadversionem et diligentiam, ut ne quid temere ac
fortuito, inconsiderate neglegenterque agamus. Neque enim ita
generati a natura sumus, ut ad ludum et iocum facti esse videamur, ad severitatem potius et ad quaedam studia graviora
atque maiora. Ludo autem et ioco uti illo quidem licet sed
sicut somno et quietibus ceteris tum, cum gravibus seriisque
rebus satis fecerimus. Ipsumque genus iocandi non profusum
nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse debet. Ut enim
pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam, quae ab
honestatis actionibus non sit aliena, sic in ipso ioco aliquod
probi ingenii lumen eluceat. Duplex omnino est iocandi genus, 104
unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum, alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. Quo genere non modo
Plautus noster et Atticorum antiqua comoedia, sed etiam phi-

✻

losophorum Socraticorum libri referti sunt, multaque multo-
rum facete dicta, ut ea, quae a sene Catone collecta sunt, quae
vocant ἀποφθέγματα. Facilis igitur est distinctio ingenui et
illiberalis ioci. Alter est, si tempore fit, ut si remisso animo,
g r a v i s s i m o homine dignus, alter ne libero quidem, si re-
rum turpitudini adhibetur verborum obscenitas. Ludendi etiam
est quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus
elatique voluptate in aliquam turpitudinem delabamur. Suppe-
ditant autem et campus noster et studia venandi honesta
exempla ludendi.

30 105 Sed pertinet ad omnem officii quaestionem semper in
promptu habere, quantum natura hominis pecudibus reliquis-
que beluis antecedat. Illae nihil sentiunt nisi voluptatem ad
eamque feruntur omni impetu, hominis autem mens discendo
alitur et cogitando, semper aliquid aut anquirit aut agit vi-
dendique et audiendi delectatione ducitur. Quin etiam, si quis
est paulo ad voluptates propensior, modo ne sit ex pecudum
genere — sunt enim quidam homines non re, sed nomine —,
sed si quis est paulo erectior, quamvis voluptate capiatur,
occultat et dissimulat appetitum voluptatis propter verecun-
106 diam. Ex quo intellegitur corporis voluptatem non satis esse
dignam hominis praestantia, eaque contemni et reici oportere;
sin sit quispiam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei

se shvatiti i *remisso animo,* sc. *dignus,* t. j. šala treba da je dostojna odmora; čovjek je za odmora (zabave) slobodniji pa prima i takve šale i dosjetke, koje bi u ozbiljnu poslu osuđivao. — *gravissimo homine dignus: gravissimo* je dodatak, jer samo *homine* ne bi bilo u pravoj opreci s idućim: *libero.* — *rerum turpitudini,* sramotan sadržaj; *verborum obscenitas,* besramne riječi. — *omnia profundamus,* da ne prospemo sve, t. j. okaljati svoju čast, prevršiti mjeru, biti razuzdan (v. 103 *profusus*). — *elati voluptate* zanesavši se od slasti. — *campus: campus Martius,* gdje se je rimska mladež vježbala u gimnastici. — *studia venandi,* nastojanje oko lova, možeš prevesti i samo: lov; Rimljani su, kao što i danas Talijani, rado išli u lov i veoma ga cijenili. — 105. *in promptu habere,* imati pred očima. — *pecudibus = pecundum naturæ (comparatio compendiaria).* — *feruntur,* srtati, dok se za čovjeka kaže *ducitur,* jer ima volju, — *si quis est . . . sed si quis est,* poslije parenteze opet prihvaća sa *si quis,* ne prevedi ga drugi put, nego: ali je u drugu ruku. — 106. *eamque: que,* pače, što više. — *aliquid tribuat,* nešto cijeniti, priznavati neku vrijednost. — *victus cultusque corporis* v. 12. — *referatur,* mjeriti po čem, udešavati po čem, smjerati na što. — *diffluere luxuria,* plivati u . . . — *parce, continenter* je

tenendum esse eius fruendae modum. Itaque victus cultusque
corporis ad valetudinem referatur et ad vires, non ad volupta-
tem. Atque etiam si considerare volumus, quae sit in natura
hominis excellentia et dignitas, intellegemus, quam sit turpe
diffluere luxuria et delicate ac molliter vivere quamque hone-
stum parce, continenter, severe, sobrie.

Intellegendum etiam est duabus quasi nos a natura indutos 107
esse personis: quarum una communis est ex eo, quod omnes
participes sumus rationis praestantiaeque eius, qua antecelli-
mus bestiis, a qua omne honestum decorumque trahitur, et ex
qua ratio inveniendi officii exquiritur, altera autem, quae pro-
prie singulis est tributa. Ut enim in corporibus magnae dissi-
militudines sunt — alios videmus velocitate ad cursum, alios
viribus ad luctandum valere, itemque in formis aliis dignitatem
inesse, aliis venustatem —, sic in animis existunt maiores etiam
varietates. Erat in L. Crasso, in L. Philippo multus lepos, maior 108
etiam magisque de industria in C. Caesare L. filio; at iisdem
temporibus in M. Scauro et in M. Druso adulescente singularis
severitas, in C. Laelio multa hilaritas, in eius familiari Scipione
ambitio maior, vita tristior. De Graecis autem dulcem et fa-

antiteza prema *diffluere luxuria,* a *severe, sobrie* prema *delicate ac molliter.* — 107. *etiam,* nadalje. — *duabus quasi nos a natura indutos esse personis,* da je priroda na nas tako reći metnula dvije obrazine, t. j. da su dvije uloge, koje nam valja u životu prikazivati. — *ex eo quod = eo quod.* — *a qua* i *ex qua* odnosi se na *præstantiæ.* — *trahitur,* izvodi se. — *ex qua ratio . . . exquiritur,* upravo: iz koje se istražuje postupak, da se nađe dužnost, onda: iz koje izvire teorija o dužnosti. — *quæ proprie singulis est tributa,* tim se opisuje: ličan, individualan, jer Rimljani za taj pojam nemaju pridjeva. — *alios,* sc. *homines.* — *in formis aliis . . . aliis,* mjesto *in aliis formis . . . in aliis; formis,* stas, spoljašnost. — 108. *magisque de industria,* više hotimice, više po namjeri, dok je u drugih bio više prirodan. — *vita,* držanje, vladanje. — *de Græcis,* mjesto genitiva partitivnoga. — *simulatorem,* pretvorica, jer, kako kaže Cic., Brut. 45. 292: *se autem omnium rerum inscium fingit et rudem* i *cum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant;* Acad. IV. 5: *cum aliud diceret atque* (nego) *sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci* εἰρωνείαν *vocant.* — *celare tacere . . .* infinitivi razjašnjuju, u čem se sastojalo *callidum;* možeš ovako prevesti: znamo, da je među Kartažanima bio lukav Hanibal, a među našim vođama Kv. Maksim umijući i lako . . . — *præripere,* unaprijed osujetiti. — *Iasonem,* tiranin u Feri, koji je lukavošću raširio svoju vlast u Italiji. — *imprimisque,* dodaj u prijevodu: cijene. — *furere se simulavit:* Atenjani su se dugo bezuspješno borili s Megaranima za otok

cetum festivique sermonis atque in omni oratione simulatorem, quem εἴρωνα Graeci nominarunt, Socratem accepimus, contra Pythagoram et Periclem summam auctoritatem consecutos sine ulla hilaritate. Callidum Hannibalem ex Poenorum, ex nostris ducibus Q. Maximum accepimus, facile celare, tacere, dissimulare, insidiari, praeripere hostium consilia. In quo genere Graeci Themistoclem et Pheraeum Iasonem ceteris anteponunt; imprimisque versutum et callidum factum Solonis, qui, quo et tutior eius vita esset et plus aliquanto rei publicae
109 prodesset, furere se simulavit. Sunt his alii multum dispares, simplices et aperti, qui nihil ex occulto, nihil de insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici, itemque alii, qui quidvis perpetiantur, cuivis deserviant, dum, quod velint, consequantur, ut Sullam et M. Crassum videbamus. Quo in genere versutissimum et patientissimum Lacedaemonium Lysandrum accepimus, contraque Callicratidam, qui praefectus classis proximus post Lysandrum fuit. Itemque in sermonibus alium, quamvis praepotens sit, efficere, ut unus de multis esse videatur; quod in Catulo, et in patre et in filio, idemque in Q. Mucio Mancia vidimus. Audivi ex maioribus natu hoc idem fuisse in P. Scipione Nasica, contraque patrem eius, illum qui Ti. Gracchi conatus perditos vindicavit, nullam comitatem habuisse sermonis ob eamque rem ipsam magnum et clarum fuisse. Innumerabiles aliae dissimilitudines sunt naturae morumque, minime tamen vituperandorum.

31 Admodum autem tenenda sunt sua cuique non vitiosa, sed
110 tamen propria, quo facilius decorum illud, quod quaerimus, re-

Salaminu, pa su onda zakonom odredili, da pod smrtnu kaznu ne smije nitko više svjetovati, da bi i opet pokušali sreću. Solon gradeći se ludim stane recitirati svoju elegiju *Σαλαμίς* potičući Atenjane, da otok zauzmu. Narod je započeo rat i taj put uspio. — **109.** *qui ... deserviant: qui ...* konsekutivno, prevedi kondicionalom ili futurom, ili dodaj: koji su spremni. — *dum,* samo da ...; misli na one, koji se ne žacaju nikakvih, ni podlih sredstava *(deserviant),* da postignu svoju svrhu (danas bismo rekli: Makijavelizam). — *M. Crassum,* triumvir. — *quo in genere,* sc. koji su spremni sve podnijeti. — *Lysandrum,* v. 76.; svojom strpljivošću znao je postići, da je 407. g. dobio od Kira mlađega znatnu novčanu pomoć. — *contraque,* a sasvim je drukčiji bio. — *proximus post,* odmah. poslije. — *itemque,* sc. *videmus.* — *præpotens,* veoma moćan, ugledan. — *unus de multis,* običan čovjek. — *hoc idem,* t. j. da je *unus de multis.* — **110.** *admodum ... tenenda,* osobito treba, da se svatko drži svojih

tineatur. Sic enim est faciendum, ut contra universam naturam nihil contendamus, ea tamen conservata propriam nostram sequamur, ut, etiamsi sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra nostrae naturae regula metiamur; neque enim attinet naturae repugnare nec quicquam sequi, quod assequi non queas. Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud, ideo quia nihil decet invita Minerva, ut aiunt, id est
adversante et repugnante natura. Omnino si quicquam est de- 111
corum, nihil est profecto magis quam aequabilitas cum universae vitae, tum singularum actionum, quam conservare non possis, si aliorum naturam imitans omittas tuam. Ut enim sermone eo debemus uti, qui innatus est nobis, ne, ut quidam, Graeca verba inculcantes iure optimo rideamur, sic in actiones omnemque vitam nullam discrepantiam conferre debemus.
Atque haec differentia naturarum tantam habet vim, ut non- 112
numquam mortem sibi ipse consciscere alius debeat, alius in eadem causa non debeat. Num enim alia in causa M. Cato fuit, alia ceteri, qui se in Africa Caesari tradiderunt? Atqui ceteris forsitan vitio datum esset, si se interemissent, propterea quod lenior eorum vita et mores fuerant faciliores, Catoni cum incredibilem tribuisset natura gravitatem eamque ipse perpetua constantia roboravisset semperque in proposito susceptoque consilio permansisset, moriendum potius quam tyranni vultus

težnja, ne zlih, ali ipak za nj osobitih. — *universam,* opća, za razliku od individualne. — *ea tamen ... sequamur,* ali pazeći na nju ipak idemo za našom vlastitom. — *alia,* tuđe. — *nostræ naturæ* spoji s *regula* (mjerilo). — *attinet,* bezlično: od koristi je, pomaže. — *magis emergit,* jasnije izlazi, jasnije se vidi. — *quale sit,* što je to ..., u čem se sastoji. — *invita Minerva,* protiv volje Minervine, t. j. bez prirođenih sposobnosti; često se kaže i: *crassa, pingui, tenui Minerva;* Minerva je boginja mudrosti i personifikacija umnih sposobnosti. — **111.** *aliorum naturam,* tuđu narav. — *innatus,* prirođen, materinski. — *Græca verba,* grčki je jezik u ono vrijeme bio potreban za svakoga, koji je težio na višu obrazovanost, ali je bila i moda govoreći latinski svaki čas uplesti po koju grčku riječ; takve ljude znali su pjesnici izvrgavati ruglu, a osobito se u tom isticao satirik Lucilije. — *discrepantia,* nesklad. — **112.** *causa,* prilike, stanje. — *vitio datum est,* u grijeh upisati, zamjerati. — *lenior,* blaži, t. j. nije bio tako strog kao Katonov. — *mores ... faciliores,* značaj ... popustljiviji. — *in proposito susceptoque consilio permansisset,* ustrajati u ..., ostati pri nakani i odluci. — **113.** *errore,* lutanje. — *Circe,* na Kirkinu otoku su mu drugovi bili pretvoreni u svinje, a na Kalipsinu otoku proveo je nekoliko godina. — *servorum ancilla-*

113 aspiciendus fuit. Quam multa passus est Ulixes in illo errore diuturno, cum et mulieribus, si Circe et Calypso mulieres appellandae sunt, inserviret et in omni sermone omnibus affabilem esse se vellet! Domi vero etiam contumelias servorum ancillarumque pertulit, ut ad id aliquando, quod cupiebat, veniret. At Aiax, quo animo traditur, millies oppetere mortem quam illa perpeti maluisset. Quae contemplantes expendere oportebit, quid quisque habeat sui, eaque moderari nec velle experiri, quam se aliena deceant; id enim maxime quemque
114 decet, quod est cuiusque maxime suum. Suum quisque igitur noscat ingenium acremque se et bonorum et vitiorum suorum iudicem praebeat, ne scaenici plus quam nos videantur habere prudentiae. Illi enim non optimas, sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt: qui voce freti sunt, Epigonos Medumque, qui gestu, Melanippam, Clytemestram; semper Rupilius, quem ego memini, Antiopam, non saepe Aesopus Aiacem. Ergo histrio hoc videbit in scaena, non videbit sapiens vir in vita? Ad quas igitur res aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quae nostri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligen-

rumque, v. 17. i 18. pjevanje Odiseje. — *quo animo traditur,* kakve je, kažu, bio ćudi. — *illa,* t. j. što je pretrpio Odisej. — *moderari,* stegnuti na pravu mjeru. — **114.** *se... præbeat,* neka bude. — *bonorum,* vrline. — *scænici,* glumci. — *fabulas,* komadi (kazališni). — *freti,* uzdaju se u svoj glas, t. j. drže, da će se njim istaći. — *Epigonos;* Epigoni se zvala tragedija Akcijeva; u njoj se prikazivala sudbina Epigona, t. j. sinova one sedmorice junaka, koji su bili pali u boju protiv Tebe. Oni su se po nagovoru Adrasta, kralja iz Arga, digli na Tebu. — *Medum,* tragedija Pakuvijeva, u kojoj se radilo o Medu, sinu Egejevu i Medejinu, koji je išao u Kolhidu, da traži majku, i bio bi nastradao, da ga nije izbavila majka. — *Melanippam,* tragedija Enijeva; Melanipa je s Neptunom imala dva sina, koje otac Melanipin izloži, Melanipu oslijepi i zatvori. Sinovi odrastu kod pastira, ubiju djeda i oslobode majku, kojoj Neptun povrati vid. — *Clytemnestram,* tragedija Akcijeva. — *Rupilius,* nepoznat glumac. — *Antiopam,* tragedija Pakuvijeva. Amfion i Zet, sinovi Jupitera i Antiope, othranjeni od pastira, oslobode majku od ujaka Lika. — *Aesopus,* na glasu glumac, prijatelj Ciceronov. — *Aiacem,* tragedija Enijeva. — *histrio,* upotrebljava ovdje tu riječ, koja je značila neki prezir, da se jače istakne *sapiens.* — Takav način dokazivanja *(ex contrario)* veoma je običan u Cicerona. — *detruserit,* otisnuti koga od onoga, što pristaje njegovoj ćudi i potisnuti ga k onome, što nije prema njegovoj ćudi: natjerati. — *fugiamus,* u takvim slučajevima ne radi se toliko o tom, da dobro činimo, koliko o tom, da se klonimo mana.

tia, ut ea si non decore, at quam minime indecore facere possimus; nec tam est enitendum, ut bona, quae nobis data non sint, sequamur, quam ut vitia fugiamus.

Osobitu pažnju treba posvetiti izboru zvanja. Izbor zvanja je doduše slobodan, ali na nj utječu neki obziri, na pr. obiteljske tradicije; težak je, jer treba stvoriti odluku u ranoj mladosti, a često zavisi i o izvanjim prilikama i o slučaju (115—118). *Birajući zvanje svatko treba da ima pred očima svoje sposobnosti i izvanje prilike, a kad je jedno izabrao, neka kod njega ostane. Uvidiš li jasno, da si se u izboru zvanja prevario, onda ga promijeni, a svijetu pokaži, da si to učinio iz opravdanih razloga. Što se tiče obiteljskih tradicija, to se ne valja povoditi za njihovim pogreškama, ali ni ići za njihovim vrlinama, ako nam to naša priroda ne dopušta* (119—121). *Mladići i starci treba da žive prema svojoj dobi* (122—123). *Svatko neka u vladanju ima na umu svoj položaj* (124—125).

Ljudski osjećaj pristojnosti upravlja se po prirodi, i čovjek treba da sluša nju, a ne cinike, u svakom radu, u svim prilikama svakidašnjega života držeći se stare stege i običaja (126—129). *Ljudsko se dostojanstvo, na koje treba paziti, očituje u vladanju* (130—1331), *u kretnjama, odijelu, hodu, u nutrini* (131—132). *Mišljenje neka se bavi samo oko najboljih stvari, požude neka se podvrgavaju razumu. To se očituje i u govoru; glas neka je jasan i ugodan, ton miran, kloniti se valja prepiranja i klevetanja* (133 do 134). *Razgovarajući o domaćim stvarima, o državi, o književnim ili znanstvenim pitanjima uzmimo u obzir vrijeme, prilike i ljude, s kojima razgovaramo* (135). *Razgovor ne smije da bude strastan, osim kad je to potrebno, ali i onda neka čovjek dostojanstveno bez srdžbe kudi, a neka ne vrijeđa. I prema neprijateljima valja se mirno vladati. Nije lijepo hvastati se, isticati i prave i krive svoje zasluge* (136—137). *Na pristojnost treba paziti i u stanu* (138—140). *Kod svakoga rada treba imati na umu vrijeme i mjesto. Red iziskuje, da sve i govorimo i radimo u pravo vrijeme* (141—143), *da je sve u životu među sobom skladno, da se čuvamo, da ne bismo ni u sitnicama povrijedili pristojnost* (144—145). *U tom je poučno vladanje drugih ljudi, a osobito treba paziti na sud obrazovanih ljudi* (146—147). *Uredbe i običaje narodne treba*

poštivati (148). *Svatko zasluženje poštovanje prema svojim zaslu-
gama i položaju u državi* (149). *Dioba zvanja: nečasna* (150), *časna*
(151).

42 150 Iam de artificiis et quaestibus, qui liberales habendi, qui
sordidi sint, haec fere accepimus. Primum improbantur ii quae-
stus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut faene-
ratorum. Illiberales autem et sordidi quaestus mercennariorum
omnium, quorum operae, non quorum artes emuntur; est
enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis. Sordidi
etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim ven-
dant; nihil enim proficiant, nisi admodum mentiantur. Nec
vero est quicquam turpius vanitate. Opificesque omnes in sor-
dida arte versantur: nec enim quicquam ingenuum habere
potest officina. Minimeque artes eae probandae, quae ministrae
sunt voluptatum:

»Cetárii, laníí, coqui, fartóres, piscatóres« —

ut ait Terentius; adde huc, si placet, unguentarios, saltatores
151 totumque ludum talarium. In quibus autem artibus aut pru-
dentia maior inest aut non mediocris utilitas quaeritur, ut
medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum, eae
sunt iis, quorum ordini conveniunt, honestae. Mercatura autem
si tenuis est, sordida putanda est; sin magna et copiosa, multa

150. *iam,* najposlije. — *artificiis,* obrti. — *quæstibus,* dobitak, dobit, ovdje: vrela dobitaka. — *accepimus,* t. j. *ex moribus institutisque nostris.* — *portitorum,* carinici (još i danas mrze ljudi carinike, kad pregledavaju na granicama robu putnika). — *fæneratorum,* lihvar, kamatnik. — *operæ,* rad, ručni rad; *artes,* umni rad. — *auctoramentum: auctorare se ad servitutem* znači: za plaću se obvezati na robovanje, a *auctoramentum* je ugovorena plaća (najamnina), ovdje bismo mogli reći: jamstvo. — *mercantur,* prekupljuju; *mercatoribus* su veliki trgovci, a *qui mercantur* su trgovčići, prekupci. — *proficiant,* ne bi dobili, ne bi imali dobitka. — *vanitate,* lažljivost. — *in sordida arte versantur,* rade zanate. — *cetarii* ..., stih iz Terencijeve komedije Eunuh (— —́, ⏑ —, ⏑ ⏑ —, ⏑ —, — —́, — —, — —́, —); *fartores* može dvoje značiti: one, koji hrane živad, u rječniku: kljukači živadi i djeveničar, koji pravi djevenice. — *ludum talarum* može također značiti dvoje: 1) vrstu prikazivanja, u kojem su glumci bili obučeni u *stola talaris.* Sastojalo se od plesa i pjevanja uz pratnju kastanjeta i cimbala, a kretnje su glumaca bile ponajviše nepristojne; mogli bismo reći, sva ta čeljad besramnih prikazivanja; 2) hazardnu igru na kocke: hazardni igrači. Ono prvo je ovdje prikladnije. — **151.** *prudentia,* znanje. — *doctrina,* obučavanje u plemenitim znanostima: gramatici, retorici, filozofiji. Odličnu Rimlja-

undique apportans multisque sine vanitate impertiens, non est
admodum vituperanda, atque etiam, si satiata quaestu vel
contenta potius, ut saepe ex alto in portum, ex ipso portu se
in agros possessionesque contulit, videtur iure optimo posse
laudari. Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur,
nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil
homine libero dignius; de qua quoniam in Catone maiore satis
multa diximus, illinc assumes, quae ad hunc locum pertinebunt. 43
Sed ab iis partibus, quae sunt honestatis, quemadmodum 152
officia ducerentur, satis expositum videtur. Eorum autem ip-
sorum, quae honesta sunt, potest incidere saepe contentio et
comparatio, de duobus honestis utrum honestius, qui locus a
Panaetio est praetermissus. Nam cum omnis honestas manet
a partibus quattuor, quarum una sit cognitionis, altera com-
munitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis, haec in
deligendo officio saepe inter se comparentur necesse est. Pla- 153
cet igitur aptiora esse naturae ea officia, quae ex communi-
tate, quam ea, quae ex cognitione ducantur, idque hoc argu-
mento confirmari potest, quod, si contigerit ea vita sapienti,
ut omnium rerum affluentibus copiis omnia, quae cognitione
digna sint, summo otio secum ipse consideret et contempletur,
tamen, si solitudo tanta sit, ut hominem videre non possit, ex-
cedat e vita.

ninu nije dolikovalo služiti novac znanošću ili umjetnošću, dakle *ordini senatorio, equestri.* — *mercatura* je velika trgovina, koja preko mora uvozi robu, a *mercator* često znači trgovca, koji na lađama prevozi robu iz jednoga kraja na drugi. — *sine vanitate,* bez prijevare, v. 150. — *atque etiam,* dapače. — *satiata,* gramatički je subjekt: *mercatura,* ali logički je: *mercator,* koji ćeš u prijevodu i upotrijebiti. — *ut* ... *in portum,* sc. *se contulit,* pred *ex ipso portu* dodaj *sic* ili *ita:* ako se trgovac, kao što je prije s pučine često pristao u luku, tako sada iz same luke povuče na svoja zemljišta i posjede ..., t. j. novac stečen u trgovini uloži u poljodjelstvo, zaslužuje pohvalu. — *ex quibus* ... *acquiritur,* kojim se stječe. — *melius,* tiče se plemenitosti zanimanja. — *uberius,* izdašnije, tiče se većeg dobitka. — *in Catone maiore,* koji se zove još i: De senectute. — **152.** *quæ sunt honestatis,* koji sačinjavaju ćudorednost. — *ducerentur,* izvode se. — *contentio,* sukob. — *de duobus honestis,* od dva ćudoredna čina. — *manet a partibus,* izvire iz ... izvora. — *communitas* nije ovdje: zajednica, nego težnja za zajednicom. — *hæc,* plural ženski rod: *hæ* s enklitikom *ce,* isp. Tusc. I. 22: *hæc* ... *sententiæ.* — **153.** *placet,* pristajem. — *aptiora,* jače su vezane, u tješnjoj su vezi s prirodom. — *omnium rerum affluentibus copiis,* u velikoj

Principesque omnium virtutum illa sapientia, quam σοφίαν
Graeci vocant, — prudentiam enim, quam Graeci φρόνησιν di-
cunt, aliam quandam intellegimus, quae est rerum expetenda-
rum fugiendarumque scientia. Illa autem sapientia, quam prin-
cipem dixi, rerum est divinarum et humanarum scientia, in
qua continetur deorum et hominum communitas et societas
inter ipsos; ea si maxima est, ut est certe, necesse est, quod
a communitate ducatur officium, id esse maximum. Etenim
cognitio contemplatioque naturae manca quodammodo atque
inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. Ea autem actio
in hominum commodis tuendis maxime cernitur; pertinet igi-
tur ad societatem generis humani: ergo haec cognitioni ante-
ponenda est.
154 Atque id optimus quisque reapse ostendit et iudicat. Quis
enim est tam cupidus in perspicienda cognoscendaque rerum
natura, ut, si ei tractanti contemplantique res cognitione di-
gnissimas subito sit allatum periculum discrimenque patriae,
cui subvenire opitularique possit, non illa omnia relinquat
atque abiciat, etiamsi dinumerare se stellas aut metiri mundi
magnitudinem posse arbitretur? Atque hoc idem in parentis,
155 in amici re aut periculo fecerit. Quibus rebus intellegitur stu-
diis officiisque scientiae praeponenda esse officia iustitiae,

obilnosti svega. — *excedat e vita,* tu se Ciceron ne slaže sa stoicima, koji su tvrdili, da je mudrac sam sebi dovoljan, a to su zvali αὐτάρκεια. — *prudentiam ... aliam quandam intellegimus:* pod razboritošću... razumijevamo nešto drugo; ona je ... — *in qua* (sc. scientia) *continetur = quæ continet,* koja obuhvaća, u kojoj se radi o ... — *communitas,* zajednički odnos. — *societas* (sc. *hominum*) *inter ipsos,* međusobno druženje ljudi. — *id esse maximum.* Ovdje je Ciceron pobrkao pojmove. Počeo je govoriti o mudrosti i budući da mu je prva krepost, to bismo očekivali, da će reći, da su onda i dužnosti, koje se iz nje izvode, prve i najznatnije. Ali to ne kaže, nego je mudrost pomjerio s druževnošću, pa zaključuje, da su najznatnije dužnosti, koje izviru iz druževnosti. — *quod ... maximum = esse maximum officium, quod a communitate ducatur.* — *etenim,* nadalje. — *naturæ,* svemira, a to obuhvaća sve, što je božansko i ljudsko. — *inchoata,* započet, dakle: nepotpun. — *si nulla actio ... consequatur,* ako se ne druži s ..., ako je ne prati rad. — **154.** *reapse* (od *re* i *eapse; eapse* od *ea* i čestice *pse*): zazbilja. — *cupidus,* redovno s genitivom: željan: *cupidus in,* strastan. — *allatum sit = nuntium allatum sit, nuntiatum sit.* — *periculum discrimenque,* skrajnja pogibao. — *fecerit,* coni. potentialis. — *re,* potreba. — **155.** *antiquius,* preče. — *versata est in ...,* posvećen je čemu. — *non recesse-*

quae pertinent ad hominum utilitatem, qua nihil homini esse
debet antiquius.
Atque illi, quorum studia vitaque omnis in rerum cogni- 44
tione versata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus et
commodis non recesserunt; nam et erudiverunt multos, quo
meliores cives utilioresque rebus suis publicis essent, ut The-
banum Epaminondam Lysis Pythagoreus, Syracosium Dionem
Plato multique multos, nosque ipsi, quicquid ad rem publicam
attulimus, si modo aliquid attulimus, a doctoribus atque do-
ctrina instructi ad eam et ornati accessimus. Neque solum vivi 156
atque praesentes studiosos discendi erudiunt atque docent, sed
hoc idem etiam post mortem monumentis litterarum asse-
quuntur. Nec enim locus ullus est praetermissus ab iis, qui ad
leges, qui ad mores, qui ad disciplinam rei publicae pertineret,
ut otium suum ad nostrum negotium contulisse videantur. Ita
illi ipsi doctrinae studiis et sapientiae dediti ad hominum uti-
litatem suam prudentiam intellegentiamque potissimum confe-
runt; ob eamque etiam causam eloqui copiose, modo pruden-
ter, melius est quam vel acutissime sine eloquentia cogitare,
quod cogitatio in se ipsa vertitur, eloquentia complectitur eos,
quibuscum communitate iuncti sumus.
Atque ut apium examina non fingendorum favorum causa 157
congregantur, sed, cum congregabilia natura sint, fingunt fa-

runt, nisu se odrekli. — *Lysis* iz Tarenta; kad su Pitagorovci proganjani bili, ode u Tebu, gdje je i umro. — *Dionem,* skrbnik Dionizija mlađega; isprva je bio pristaša Pitagorine filozofije, ali kad je Platon 389. g. došao u Sirakuzu, pristao je uz njegovu filozofiju. — *attulimus,* što pridonijeti; koristiti. — *ad eam ... accessimus,* prihvatio sam se državnih posala. — *a doctoribus atque doctrina instructi ... atque ornati,* poučen od učitelja i opremljen, naoružan njihovom naukom. — **156.** *vivi atque præsentes,* glavom za života, za života i živom riječju. — *monumentis litterarum,* pisani spomenici. — *locus,* pitanje. — *contulisse,* upotrijebiti. — *otium ... negotium,* u latinskom igra riječima, koje ne možemo u prijevodu zadržati; Ciceron hoće reći, da su oni sve svoje vrijeme posvetili naukama, a on i drugi s njim upotrijebili su njihova istraživanja za svoj javni rad, za svoju državničku praksu. — *doctrinæ studiis et sapientiæ dediti,* posvetivši se znanstvenom i filozofijskom radu; opširnije rečeno mjesto: učenjaci i mudraci. — *prudentia,* tiče se prakse; *intellegentia,* mišljenja: razum i iskustvo. — *etiam* spoji s *eloqui.* — *modo (= dummodo) prudenter* (sc. *fiat*): samo da je razborito. — *cogitare,* umovati. — *in se ipsa vertitur,* bavi se samo sobom. — **157.** *cum congregabilia natura sint,* budući da su od prirode dru-

vos, sic homines, ac multo etiam magis natura congregati adhibent agendi cogitandique sollertiam. Itaque, nisi ea virtus, quae constat ex hominibus tuendis, id est ex societate generis humani, attingat cognitionem rerum, solivaga cognitio et ieiuna videatur; itemque magnitudo animi remota communitate coniunctioneque humana feritas sit quaedam et immanitas. Ita fit, ut vincat cognitionis studium consociatio hominum atque com-
158 munitas. — Nec verum est, quod dicitur a quibusdam, propter necessitatem vitae, quod ea, quae natura desideraret, consequi sine aliis atque efficere non possemus, idcirco initam esse cum hominibus communitatem et societatem. Quodsi omnia nobis, quae ad victum cultumque pertinent, quasi virgula divina, ut aiunt, suppeditarentur, tum optimo quisque ingenio negotiis omnibus omissis totum se in cognitione et scientia collocaret. Non est ita; nam et solitudinem fugeret et socium studii quaereret, tum docere tum discere vellet, tum audire tum dicere. Ergo omne officium, quod ad coniunctionem hominum et ad societatem tuendam valet, anteponendum est illi officio, quod cognitione et scientia continetur.

45
159 Illud forsitan quaerendum sit, num haec communitas, quae maxime est apta naturae, sit etiam moderationi modestiaeque

štvene. — *ac multo etiam magis* spoji s *adhibent*. — *natura congregati*, od prirode zajednički; *adhibent agendi cogitandique sollertiam*, upotrebljavaju svoju vještinu u radu i mišljenju. Kao što pčele prave saće, što ga s družicama dijele, zato, što su udružene, tako i ljudi rade za zajedničku korist. Ljudsko mišljenje i rad nisu dakle svrha ljudskoga udruženja, nego posljedica. Zajednički su probitci najprvi, stoga je i pravednost, koja se tiče međusobnih odnosa ljudskih, znatnija od mudrosti. — *ea virtus*, t. j. pravednost. — *constat ex...*, temeljiti se, osnivati se na ... — *attingat*, ticati se, ovdje: družiti se. — *ieiuna*, neplodan, jalov. — *remota... humana* je abl. aps.: bez težnje k zajednici i bez ljudske društvenosti. — *vincat*, nadvisuje. — **158.** *a quibusdam*, to su Epikurejci, jer su oni učili, da su potreba i nužda potakle ljude na udruženje (premda se takva misao nalazi i u Platona, De republ. 2. 369 B, i u Aristotela, Polit. 1. 2); poredaj: *a quibusdam idcirco* (u prijevodu možeš izostaviti, jer dolazi *quod) initam esse cum hominibus communitatem et societatem propter necessitatem vitæ, quod ea, quæ natura desiderant, consequi... non possemus*. — *sine aliis*, bez drugih, t. j. bez tuđe pomoći. — *victum cultumque*, v. 106. — *virgula divina*, čarobna šiba; misli se šiba Merkurova (ὄλβου καὶ πλούτου ῥάβδος), — *totum se... collocaret*, sasvim, sav se posvetiti. — **159.** *communitas*, težnja

semper anteponenda. Non placet; sunt enim quaedam partim ita foeda, partim ita flagitiosa, ut ea ne conservandae quidem patriae causa sapiens facturus sit. Ea Posidonius collegit permulta, sed ita taetra quaedam, ita obscena, ut dictu quoque videantur turpia. Haec igitur non suscipiet rei publicae causa, ne res publica quidem pro se suscipi volet. Sed hoc commodius se res habet, quod non potest accidere tempus, ut intersit rei pu-
blicae quicquam illorum facere sapientem. Quare hoc quidem 160
effectum sit, in officiis deligendis id genus officiorum excellere, quod teneatur hominum societate. Atque haec quidem hactenus. Patefactus enim locus est ipse, ut non difficile sit in exquirendo officio, quid cuique sit praeponendum, videre. In ipsa autem communitate sunt gradus officiorum, ex quibus, quid cuique praestet, intellegi possit, ut prima dis immortalibus, secunda patriae, tertia parentibus, deinceps gradatim reliquis debeantur.

II. ***knjiga.*** *U uvodu* (1—3) *Ciceron odbija prigovore, što se bavi filozofijom. Korisno i dužnosti, što iz njega izviru. Ćudoredno se ne može odijeliti od korisnoga, što je dobro, to je i korisno* (9 do 10). *Najveće koristi i najveće štete ima čovjek od bližnjega* (11—16). *Zadaća je kreposti, da ljude okupi na zajedničku korist* (17—20). *Sredstva, kojima se postiže, da je drugi sklon tvojoj koristi, jesu ljubav (strah nije za to prikladan) i prijateljstvo* (23 do 31), *slava, koja se osniva na pravednosti* (31—51), *dobročinstva i darežljivosti* (52—85). *Korist od zdravlja i imutka* (86—87. *Sukob pojedinih dužnosti, što izviru iz koristi* (88—89).

k zajednici. — *non placet* je blaže rečeno nego: *nego*. — *quædam*, neki čini. — *ea... collegit*, takvih, dodaj: primjera. — *sed hoc... se res habet*, pače ovo je to povoljnije, što... *accidere tempus ut = tale tempus, ut*, desiti se slučaj, zgoda, da... — **160.** *effectum sit*, neka je dokazano. — *teneatur = contineatur*, osnivati se na... — *patefactus... est locus ipse*: stvar je sama razjašnjena, t. j. kad se dužnosti sukobe, bjelodano je iz onoga, što je do sada razjasnio, da će uvijek morati biti prve one dužnosti, koje se tiču društvene obrane. — *in ipsa communitate*, ali ima više stepena i društvenih dužnosti; *ex quibus*, po kojima. — *intellegi possit, quid cuique præstet*, se može razabrati, koja je od koje vrsnija, znatnija. — pred *ut* metni: naime. — *debeantur*, prevedi aktivno: dugujemo.

LIBER TERTIUS

Uvod (1—6). *Kao što Scipion ni Ciceron nije besposlen, otkako se povukao iz javnoga života. Njegov politički nerad nije dobrovoljan, a to vrijeme ispunja pišući filozofska djela. Od ovoga spisa nada se on velikoj koristi za sina.*

Sukob ćudorednosti i koristi. Panecije je htio, da raspravi to prijeporno pitanje, ali s nepoznatih razloga nije izvršio svoju namjeru, a i drugi se nitko nije na to dao (7—10). *Zapravo su ćudorednost i korist isto, a ako nastane među njima sukob, onda se radi samo o tobožnjoj, a ne o pravoj koristi* (11—19). *Činiti drugome štetu iz sebičnih pobuda brane prirodni zakoni, zakoni pojedinih država, razum* (20—26). *Priroda nam nalaže, da se čovjek brine za čovjeka, a od tog zakona nije nitko izuzet. Tko se o nj ogriješi, ruši građansko društvo. Prikazuje nekoliko slučajeva, u kojima se korist pojedinaca protivi koristi zajednice. Mudrac veoma gladan otme jelo čovjeku nimalo vrijednu. Odgovara, da to nije dopušteno. Čestit čovjek, da ne pogine od studeni, skine odjeću groznome tiraninu. Odgovara, da je protiv tiranina dopušteno sve učiniti, pa i ubiti ga* (27—32). *Što je Panecije propustio, to će razložiti Ciceron* (33—34). *Nije doista korisno, što je zlo; što je ćudoredno, to je i korisno. Ne smijemo činiti, što je nećudoredno, pa ni onda, kad se nadamo, da se ne će znati (35—39).*

10
40 Incidunt multae saepe causae, quae conturbent animos utilitatis specie, non cum hoc deliberetur, relinquendane sit honestas propter utilitatis magnitudinem — nam id quidem improbum est —, sed illud, possitne id, quod utile videatur, fieri non turpiter. Cum Collatino collegae Brutus imperium abrogabat, poterat videri facere id iniuste; fuerat enim in regibus ex-

40. *causæ,* slučajevi. — *conturbent,* konsekutivno. — *utilitatis specie,* tobožnjom korišću. — *sed illud,* sc. *sed cum illud deliberetur.* — non *turpiter* = *honeste.* — *Collatino, L. Tarquinius Collatinus,* rođak protjeranih Tarkvinijevaca i suprug Lukrecijin bio je zajedno s L. Junijem Brutom začetnik izgona kraljeva, prvi konzul 509. g. — *abrogare alicui imperium,* pozvati koga, da se odreče vlasti. — *regibus,* plural, jer nije bio izagnan samo kralj Tarkvinije Oholi, nego i obitelj njegova, osobito sinovi; mi bismo rekli: kraljevska kuća. — *principes* = *primores civitatis,* patriciji. — *cognationem* = *cognatos,* rodbinu. — *quod,* zamjenica. — *patriæ consulere* je apozicija i zamjenici *quod* i *id,* u prijevodu metni pred te riječi: naime. — *valuit,* zadobila je vrijednost. — *in eo*

pellendis socius Bruti consiliorum et adiutor. Cum autem consilium hoc principes cepissent, cognationem Superbi nomenque Tarquiniorum et memoriam regni esse tollendam, quod erat utile, patriae consulere, id erat ita honestum, ut etiam ipsi Collatino placere deberet. Itaque utilitas valuit propter honestatem, sine qua ne utilitas quidem esse potuisset. At in eo rege, qui
urbem condidit, non item. Species enim utilitatis animum pe- 41
pulit eius; cui cum visum esset utilius solum quam cum altero regnare, fratrem interemit. Omisit hic et pietatem et humanitatem, ut id, quod utile videbatur neque erat, assequi posset, et tamen muri causam opposuit, speciem honestatis nec probabilem nec sane idoneam. Peccavit igitur, pace vel Quirini vel
Romuli dixerim. Nec tamen nostrae nobis utilitates omittendae 42
sunt aliisque tradendae, cum iis ipsi egeamus, sed suae cuique utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, serviendum est. Scite Chrysippus, ut multa: »Qui stadium, inquit, currit, eniti et contendere debet, quam maxime possit, ut vincat, supplantare eum, quocum certet, aut manu depellere nullo modo debet; sic in vita sibi quemque petere, quod pertineat ad usum, non iniquum est, alteri deripere ius non est«.

Maxime autem perturbantur officia in amicitiis, quibus et 43
non tribuere, quod recte possis, et tribuere, quod non sit aequum, contra officium est. Sed huius generis totius breve et

rege ... non item, ali drukčije je bilo s kraljem. — 41. *specie utilitatis,* v. 40. — *pepulit,* obuze. — *omisit,* nije mario. — *pietatem,* bratsku ljubav. — *muri causam opposuit,* naveo je za izgovor zid; poznata priča, da je Rem za porugu preskočio Romulov zid. — *speciem honestatis,* izliku (opravdanje) ćudorednosti, koja se nije mogla ni odobravati niti je doista bila dovoljna. — *pace vel Quirini vel Romuli dixerim,* rekao bih s dopuštenjem (bez zamjere, bez uvrede) ili Kvirinovim ili Romulovim; Romula su poslije smrti štovali kao boga pod imenom Kvirina; Ciceron se ovdje tome ruga. — 42. *utilitates,* probitci; *ommittendæ,* zanemariti, zapustiti. — *tradendæ,* prepustiti, ostaviti. — *quod* = *dummodo hoc.* — *serviendum ... est,* svom pomnjom oko čega nastojati. — *stadium,* kao što se govorilo *cursum currere,* tako se onda reklo i *stadium currere.* — *eniti et contendere,* iz petnih žila nastojati. — *supplantare eum,* podmetnuti mu nogu. — *depellere,* otisnuti. — 43. *perturbantur,* pobrkaju se. — *quibus* sc. *in quibus.* — *tribuere,* dati, dopustiti. — *sed huius generis totius,* ali za sve to. — *cetera generis eiusdem,* ostalo od iste ruke. — *faciet,* ne će ništa učiniti. — *ponit ... personam ... cum induit,* upravo skida sa sebe obrazinu ..., kad meće

non difficile praeceptum est. Quae enim videntur utilia, honores, divitiae, voluptates, cetera generis eiusdem, haec amicitiae numquam anteponenda sunt. At neque contra rem publicam **neque contra** ius iurandum ac fidem amici causa vir bonus **faciet**, ne si iudex quidem erit de ipso amico; ponit enim personam amici, cum induit iudicis. Tantum dabit amicitiae, ut veram amici causam esse malit, ut orandae litis tempus, quoad
44 per leges liceat, accommodet. Cum vero iurato sententia dicenda erit, meminerit deum se adhibere testem, id est, ut ego arbitror, mentem suam, qua nihil homini dedit deus ipse divinius. Itaque praeclarum a maioribus accepimus morem rogandi iudicis, si eum teneremus, q u a e s a l v a f i d e f a c e r e p o s s i t. Haec rogatio ad ea pertinet, quae paulo ante dixi honeste amico a iudice posse concedi; nam si omnia facienda sint, quae amici velint, non amicitiae tales, sed coniurationes putandae sint.
45 Loquor autem de communibus amicitiis; nam in sapientibus viris perfectisque nihil potest esse tale. Damonem et Phintiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse, ut, cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset, vas factus sit alter eius sistendi, ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. Qui cum ad diem se

---

na sebe obrazinu . . ., onda: ostavlja se dužnosti prijateljskih, kad se prihvaća sudačkih. — *dabit,* dopustiti, učiniti kome za volju. — *veram,* pravedan. — *tempus orandæ litis,* vrijeme za vođenje parnice; *accommodet,* zgodno udesiti. — *leges, lege Pompeia* (52. g.) morao je i tužitelj i optuženi u jedan dan izreći svoj govor, tužitelj je imao pravo govoriti dva sata, optuženi tri. Ali sudac je mogao i drukčije odrediti ili raspravu odgoditi. — 44. *iurato,* sudac zaklevši se izriče osudu. — *adhibere testem,* zvati za svjedoka. — *mentem,* savjest. — *rogandi iudicis . . . quæ salva fide facere possit,* t. j. da obadvije stranke mole suca, da učini za njih, što može ne ogriješivši se o savjest, o dužnost. — *si eum teneremus = si modo,* kad bismo ga se samo držali; znak, da su ga zapustili. — *rogatio,* molba. — *quæ . . . concedi,* što sudac može, kako sam malo prije rekao, učiniti prijatelju. — *non amicitiæ tales,* takva prijateljstva ne bi bila prijateljstva. — 45. *hoc animo inter se fuisse,* tako su se međusobno voljeli. — *commendandorum suorum causa,* da preporuči svoje; drugi shvaćaju *suorum* kao srednji rod: da uredi svoje stvari. — *vas* (jamac) *factus sit,* (podjamčio se) *eius sistendi,* da će doći; *se sistere* je službeni izraz: postaviti se, doći na sud; *sistere aliquem,* pozvati koga, da se postavi, da dođe; postaviti koga na sud. —

recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus petivit, ut se ad
amicitiam tertium ascriberent. Cum igitur id, quod utile videtur 46
in amicitia, cum eo, quod honestum est, comparatur, iaceat utilitatis species, valeat honestas; cum autem in amicitia, quae honesta non sunt, postulabuntur, religio et fides anteponatur amicitiae. Sic habebitur is, quem exquirimus, dilectus officii.

Sed utilitatis specie in re publica saepissime peccatur, ut 11
in Corinthi disturbatione nostri; durius etiam Athenienses, qui sciverunt, ut Aeginetis, qui classe valebant, pollices praeciderentur. Hoc visum est utile; nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Piraeo. Sed nihil, quod crudele, utile; est enim hominum naturae, quam sequi debemus, maxime inimica crudelitas. Male etiam, qui peregrinos urbibus uti prohi- 47
bent eosque exterminant, ut Pennus apud patres nostros, Papius nuper. Nam esse pro cive, qui civis non sit, rectum est non licere; quam legem tulerunt sapientissimi consules Crassus et Scaevola; usu vero urbis prohibere peregrinos sane inhumanum est. Illa praeclara, in quibus publicae utilitatis species prae honestate contemnitur. Plena exemplorum est nostra res publica cum saepe, tum maxime bello Punico secundo. Quae Cannensi calamitate accepta maiores animos habuit quam umquam rebus secundis; nulla timoris significatio, nulla mentio pacis. Tanta

---

ad diem, sc. *destinatum.* — *fidem,* vjernost. — 46. *iaceat utilitatis species,* neka podlegne tobožnja korist; *valeat,* neka vrijedi, nadvlada. — *utilitatis specie,* abl. causæ. — *in re publica,* u državi, t. j. u državnim poslovima, u izvanjoj politici. — *nostri,* sc. *peccarunt.* — *durius,* sc. *peccarunt.* — *sciverunt* (od *scisco),* odlučiti, zaključiti; kad bi im odrezali palce, ne bi mogli tako veslati, a ni koplja bacati; to je jamačno bajka. — *imminebat,* prijetiti, opasan biti. — 47. *male,* sc. *faciunt.* — *urbibus uti prohibent,* braniti kome da boravi (boravak) u gradu. — *Pennus: M. Junius Pennus* predložio je kao pučki tribun zakon (126. god.), da se svi stranci otjeraju iz Rima; protivio mu se K. Grak. Zakon je obnovio god. 65. K. Papije. — *esse pro cive,* držati se za građanina, prisvajati sebi prava građanina. — *quam = de qua re.* — *Crassus et Scævola:* italski saveznici dugo su zahtijevali rimsko građansko pravo, a mnogi su sebi to pravo i prisvojili. Kao konzuli 95. god. zakonom su odredili prava, što ih imaju u Rimu saveznici. — *usu . . . urbis prohibere* kao malo prije: *urbibus uti prohibent.* — *illa præclara,* sc. *sunt;* oni slučajevi . . . — *publicæ utilitatis specie,* tobožnja javna korist. — *præ,* prema. — *contemnitur,* ne mari se za . . . — *animos,* srčanost. — *repugnante honestate,* kad joj se protivila..., ili: protivna...

❊

48 vis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret. Athenienses cum
Persarum impetum nullo modo possent sustinere statuerentque,
ut urbe relicta coniugibus et liberis Troezene depositis naves
conscenderent libertatemque Graeciae classe defenderent, Cyr-
silum quendam suadentem, ut in urbe manerent Xerxemque
reciperent, lapidibus obruerunt. Atque ille utilitatem sequi
49 videbatur; sed ea nulla erat repugnante honestate. Themistocles
post victoriam eius belli, quod cum Persis fuit, dixit in contione
se habere consilium rei publicae salutare, sed id sciri non opus
esse. Postulavit, ut aliquem populus daret, quicum communi-
caret; datus est Aristides. Huic ille, clasem Lacedaemoniorum,
quae subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse, quo facto
frangi Lacedaemoniorum opes necesse esset. Quod Aristides
cum audisset, in contionem magna expectatione venit dixitque
perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime
honestum. Itaque Athenienses, quod honestum non esset, id ne
utile quidem putaverunt totamque eam rem, quam ne audierant
quidem, auctore Aristide repudiaverunt. Melius hi quam nos,
qui piratas immunes, socios vectigales habemus.

12 Maneat ergo, quod turpe sit, id numquam esse utile, ne
tum quidem, cum id, quod esse utile putes, adipiscare; hoc
50 enim ipsum, utile putare, quod turpe sit, calamitosum est. Sed
incidunt, ut supra dixi, saepe causae, cum repugnare utilitas
honestati videatur, ut animadvertendum sit, repugnetne plane

— 48. *sustinere,* odoljeti. — *depositos,* skloniti u . . . — 49. *sciri non opus esse,* ne treba da se zna, t . j. da se javno zna. — *huic ille,* sc. *ait.* — *Gytheum,* grad i luka u lakonskom zalivu, 30 stadija udaljen od Sparte. — *auctore,* na prijedlog, na savjet. — *immunes,* prost od dužnosti (prema rimskoj državi). Za građanskoga rata bili su gusari opet ojačali. — *socios vectigales habemus,* saveznici, koji su u građanskom ratu stajali uz Pompeja, i kojima je Cezar nametnuo danak, jesu Masiljani i kralj Dejotar. — 50. *supra,* v. 40. — *causæ,* zgode. — *ut,* sc. *tales ut; ut* prevedi: onda, a rečenicu učini glavnom. — *coniungi,* složiti se. — *exempli gratia,* na primjer. — *Alexandrea Rhodum,* gradovi znatni za trgovinu žitom. — *numerum,* množina, količina. — *in Rhodiorum inopia . . . caritate,* za oskudice i glada i veoma velike skupoće žita na Rodu. — *si idem sciat,* te ujedno zna. — *solvisse,* sc. *naves,* odjedriti; *navesque: et viderit in cursu* (na putu) *naves frumento onustas petentes Rhodum.* — *silentio,* tajeći to ili: šutjeti i . . . — *plurimo,* abl. pretii. — *celaturus Rhodios,* ne bi zatajio Rođanima; *sed dubitet,* ali bi mogao dvojiti, je li to nećudoredno-

an possit cum honestate coniungi. Eius generis hae sunt quae-
stiones: si exempli gratia vir bonus Alexandrea Rhodum
magnum frumenti numerum advexerit in Rhodiorum inopia et
fame summaque annonae caritate, si idem sciat complures
mercatores Alexandrea solvisse navesque in cursu frumento
onustas petentes Rhodum viderit, dicturusne sit id Rhodiis an
silentio suum quam plurimo venditurus? Sapientem et bonum
virum fingimus; de eius deliberatione et consultatione quaeri-
mus, qui celaturus Rhodios non sit, si id turpe iudicet, sed
dubitet, an turpe non sit. In huiusmodi causis aliud Diogeni 51
Babylonio videri solet, magno et gravi Stoico, aliud Antipatro,
discipulo eius, homini acutissimo. Antipatro omnia patefa-
cienda, ut ne quid omnino, quod venditor norit, emptor ignoret,
Diogeni venditorem, quatenus iure civili constitutum sit, dicere
vitia oportere, cetera sine insidiis agere et, quoniam vendat,
velle quam optime vendere. „Advexi, exposui, vendo meum non
pluris quam ceteri, fortasse etiam minoris, cum maior est copia.
Cui fit iniuria?” Exoritur Antipatri ratio ex altera parte: „Quid 52
ais? tu cum hominibus consulere debeas et servire humanae
societati eaque lege natus sis et ea habeas principia naturae,
quibus parere et quae sequi debeas, ut utilitas tua communis
sit utilitas vicissimque communis utilitas tua sit, celabis homi-
nes, quid iis adsit commoditatis et copiae?” Respondebit Dio-
genes fortasse sic: „Aliud est celare, aliud tacere; neque ego
nunc te celo, si tibi non dico, quae natura deorum sit, qui sit
finis bonorum, quae tibi plus prodessent cognita quam tritici
vilitas; sed non, quicquid tibi audire utile est, idem mihi dicere
necesse est.”. „Immo vero, inquiet ille, necesse est, siquidem 53

— 51. *aliud Diogeni . . . videri solet,* obično drukčije misli Diogen . . . — *gravi,* ugledan. — *Antipatro,* sc. *videtur,* misli. — *Diogeni,* sc. *videtur.* — *vitia,* t. j. svoje robe. — *sine insidiis,* bez prijevare. — *advexi . . .,* riječi su Diogenove. — *exposui,* izložio sam, sc. na ugled. — *cum = quoniam.* — *maior est copia,* razumijeva se ili u onoga trgovca ili na trgu uopće. — 52. *exoritur . . . ratio,* prevedi: ustaje Antipatar svojim razlaganjem. — *principia naturæ,* prirodne nagone (misli društvene). — *quid iis . . . copiæ,* kako eto imaju povoljnu zalihu. — *finis bonorum,* najveće dobro. — *cognita (= quorum cognitio),* što bi ti, *kad bi znao,* više koristilo . . . — 53. *ut nihil suum cuiusque sit,* da nije ništa svojina pojedinca. — *expedit,* korisno je. — *ea re, quia (= eo quod),* zato, što . . . — 54. *vendat,* neka proda. — *pestilentes sint,* neka je nezdrava a . . . — *male*

meministi esse inter homines natura coniunctam societatem." „Memini, inquiet ille: sed num ista societas talis est, ut nihil suum cuiusque sit? Quod si ita est, ne vendendum quidem quicquam est, sed donandum."

13 Vides in hac tota disceptatione non illud dici: „Quamvis
hoc turpe sit, tamen, quoniam expedit, faciam," sed ita expedire,
ut turpe non sit, ex altera autem parte, ea re, quia turpe sit,
54 non esse faciendum. Vendat aedes vir bonus propter aliqua vitia,
quae ipse norit, ceteri ignorent, pestilentes sint et habeantur salubres, ignoretur in omnibus cubiculis apparere serpentes, male materiatae sint, ruinosae, sed hoc praeter dominum nemo sciat; quaero, si haec emptoribus venditor non dixerit aedesque vendiderit pluris multo, quam se venditurum putarit, num id iniuste aut improbe fecerit. „Ille vero" inquit Antipater. „Quid est enim aliud erranti viam non monstrare, quod Athenis exsecrationibus publicis sanctum est, si hoc non est, emptorem pati ruere et per errorem in maximam fraudem incurrere? Plus etiam est quam viam non monstrare; nam est scientem in
55 errorem alterum inducere." Diogenes contra: „Num te emere
coegit, qui ne hortatus quidem est? Ille, quod non placebat, proscripsit, tu, quod placebat, emisti. Quodsi, qui proscribunt villam bonam beneque aedificatam, non existimantur fefellisse, etiamsi illa nec bona est nec aedificata ratione, multo minus, qui domum non laudarunt. Ubi enim iudicium emptoris est, ibi fraus venditoris quae potest esse? Sin autem dictum non omne praestandum est, quod dictum non est, id praestandum putas?

materiatæ, od loše grade. — *ruinosæ,* trošan, ruševan. — *ille vero:* doista. — *exsecrationibus publicis sanctum est,* zabranjeno je pod kaznu javnoga prokletstva. — *emptorem pati ruere . . .;* da se kupac zatre, srne u propast i prijevarom padne u najveću štetu. — *nam est,* jer to znači. — *scientem,* hotimice. — 55. *proscripsit,* oglasiti, da prodaje, ponuditi. — *ratione,* pravilno, kako treba, valjano, t. j. kako traži graditeljski propis. — *ubi . . . iudicium emptoris est . . . quæ potest esse?* gdje kupac može suditi, kako može ondje biti prijevare prodavačeve? Imao je oči, pa je mogao gledati, a ako to nije učinio, njegova je šteta. — *sin autem . . . præstandum est,* ako pače ne treba jamčiti za sve, što se reklo, držiš li, da treba jamčiti za ono, što se nije reklo . . .; po rimskom privatnom pravu ne počinja prodavalac prijevare, kad se kupac sam može uvjeriti o stvari, što je kupuje, a izrijekom se kaže: *ea quæ commendandi causa in venditionibus dicuntur, venditorem non obligant* (t. j. ne jamči za svoju tvrdnju), *velut si dicam servum speciosum* (sc. *vendo*), *domum bene ædificatam.*

Quid vero est stultius quam venditorem eius rei, quam vendat, vitia narrare? quid autem tam absurdum, quam si domini iussu
ita praeco praedicet: Domum pestilentem vendo?" Sic ergo in 56
quibusdam causis dubiis ex altera parte defenditur honestas, ex altera ita de utilitate dicitur, ut id, quod utile videatur, non modo facere honestum sit, sed etiam non facere turpe. Haec est illa quae videtur utilium fieri cum honestis saepe dissensio. Quae diiudicanda sunt; non enim, ut quaereremus, exposuimus,
sed ut explicaremus. Non igitur videtur nec frumentarius ille 57
Rhodios nec hic aedium venditor celare emptores debuisse. Neque enim id est celare, quicquid reticeas, sed cum, quod tu scias, id ignorare emolumenti tui causa velis eos, quorum intersit id scire. Hoc autem celandi genus quale sit et cuius hominis, quis non videt? Certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non viri boni, versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Haec tot et alia plura nonne inutile est vitiorum subire nomina?

Quodsi vituperandi, qui reticuerunt, quid de iis existiman- 14 58
dum est, qui orationis vanitatem adhibuerunt? C. Canius, eques Romanus, nec infacetus et satis litteratus, cum se Syracusas

— *prædicet,* oglašavati, telaliti. — 56. *causis,* slučaj. — *defenditur,* zastupa se. — *quæ videtur . . . fieri . . . sæpe dissensio:* česti tobožnji sukob. — *quae diiudicanda sunt,* sc. *mihi; quæ* prevedi s: ti slučajevi. — *non enim . . . explicaremus,* nisam ih prikazao, da postavim pitanja *(quæreremus = quæstionem institueremus),* nego da ih razjasnim, raspravim. — 57. *videtur,* prevedi: po mojem mišljenju, a neodređeni glagol pretvori u određeni. — *neque . . . id est celare, quicquid reticeas = neque est celare reticere aliquid, quicquid id est:* prešutjeti ma što bilo, ne znači zatajiti. — *sed cum . . . = sed id est celare, cum . . .* nego to znači zatajiti, kad poradi svoje koristi hoćeš, da ono, što ti znaš, ne znadu drugi, kojima je stalo, da to znaju. Da bude simetrija s *cum . . . velis,* možeš ono *quicquid reticeas* i ovako razriješiti: *cum quid reticeas, quicquid id est,* dakle: ne znači zatajiti, kad štogod prešutiš, nego kad . . . — poredaj: *quis autem non videt, quale sit hoc genus celandi* et cuius hominis? — *non viri boni* združuje u sebi sva prijašnja svojstva: uopće čestita čovjeka. — *versuti,* lukav; *obscuri,* podmukao; *astuti,* kovaran; *fallacis,* prijevaran; *malitiosi,* pakostan; *callidi,* lukav; *veteratoris,* stara lija; *vafri,* vuhven; Ciceron je zgrnuo svu silu sinonimnih riječi, da jače osudi takve ljude. — *hæc tot . . . subire nomina:* nije li nepotrebno . . . navući na sebe ta tolika sramotna imena i još više drugih. — 58. *orationis vanitatem adhibuerunt,* lažljivo govoriti. — *Canius,* v. Kazalo. — *nec infacetus,* litotes: duhovit, dosjetljiv. — *litteratus,* obrazovan. — *negotiandi,* jer se vitezovi bavili novčarskim poslovima i zakupljivanjem državnih dohodaka:

otiandi, ut ipse dicere solebat, non negotiandi causa contulisset, dictitabat se hortulos aliquos emere velle, quo invitare amicos et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod cum percrebruisset, Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracusis, venales quidem se hortos non habere, sed licere uti Canio, si vellet, ut suis, et simul ad cenam hominem in hortos invitavit in posterum diem. Cum ille promisisset, tum Pythius, qui esset ut argentarius apud omnes ordines gratiosus, piscatores ad se convocavit et ab iis petivit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur, dixitque, quid eos facere vellet. Ad cenam tempori venit Canius; opipare a Pythio apparatum convivium,
59 cumbarum ante oculos multitudo; pro se quisque, quod ceperat, afferebat, ante pedes Pythi pisces abiciebantur. Tum Canius: „Quaeso, inquit, quid est hoc, Pythi? tantumne piscium? tantumne cumbarum?" Et ille: „Quid mirum? inquit, hoc loco est, Syracusis quicquid est piscium, hic aquatio, hac villa isti carere non possunt." Incensus Canius cupiditate contendit a Pythio, ut venderet. Gravate ille primo. Quid multa? impetrat. Emit homo cupidus et locuples tanti, quanti Pythius voluit, et emit instructos. Nomina facit, negotium conficit. Invitat Canius postridie familiares suos, venit ipse mature; scalmum nullum videt. Quaerit ex proximo vicino, num feriae quaedam piscatorum essent, quod eos nullos videret. „Nullae, quod sciam, inquit; sed hic piscari nulli solent; itaque heri mirabar, quid accidisset."
60 Stomachari Canius; sed quid faceret? Nondum enim C. Aqui-

činiti posao. — *hortulos,* plur.: perivoj. — *sine interpellatoribus,* upravo: bez onih, koji prekidaju, smetaju, možeš prevesti: bez smetnje, bez dosadnih posjetnika. — *percrebruisset,* razglasiti se, pročuti se. — *qui ... faceret* kao i malo kasnije *qui esset,* konjunktiv, jer je *qui = quippe qui.* — *gratiosus,* mio. — *tempori,* u pravo vrijeme. — *opipare,* gospodski. — *multitudo,* sc. *erat.* — **59.** *hic,* sc. *est aquatio,* amo se ide na vodu. — *contendit,* zamoliti. — *gravate,* sc. *agit,* ustručavao se, nećkao se. — *quid multa?* što ću duljiti? ili: ukratko. — *impetrat,* sc. *Canius.* — *et emit instructos,* i kupi ga sa svim naredom (još se i danas to zove *fundus instructus).* — *nomina facit,* sc. *Canius,* upisati se u knjigu, uknjižiti dug. Ovakvo uknjiženje imalo je pravnu vrijednost kao danas mjenica. — *scalmum nullum videt,* čunu ni traga. — *nullæ:* nije. — **60.** *stomachari,* infin. histor. — *C. Aquilius Gallus,* bio je kao pretor Ciceronov drug (66. god.). On je odredio obrasce za ugovore i postupnik *(formulæ),* po kojem imaju suci suditi u slučajevima, gdje se radi o prijevari u ugovorima. — *de dolo malo,* o prijevari. — poredaj: *in quibus dolus malus quid esset,* dakle: *et*

lius, collega et familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas; in quibus ipsis, cum ex eo quaereretur, quid esset dolus malus, respondebat: cum esset aliud simulatum, aliud actum. Hoc quidem sane luculente ut ab homine perito definiendi. Ergo et Pythius et omnes aliud agentes, aliud simulantes perfidi, improbi, malitiosi. Nullum igitur eorum factum potest utile esse, cum sit tot vitiis inquinatum.
Quodsi Aquiliana definitio vera est, ex omni vita simulatio 15 61
dissimulatioque tollenda est. Ita, nec ut emat melius nec ut vendat, quicquam simulabit aut dissimulabit vir bonus. Atque iste dolus malus et legibus erat vindicatus, ut tutela duodecim tabulis, circumscriptio adulescentium lege Plaetoria, et sine lege iudiciis, in quibus additur *ex fide bona.* Reliquorum autem iudiciorum haec verba maxime excellunt: in arbitrio rei uxoriae *melius aequius,* in fiducia *ut inter bonos bene agier.* Quid ergo? aut in eo, *quod melius aequius,* potest ulla pars inesse fraudis? aut, cum dicitur *inter bonos bene agier,* quicquam agi dolose aut malitiose

cum ex eo quæreretur, quid esset dolus malus in iis formulis: što je u tom postupniku prijevara. — *simulatum est,* hiniti; *hoc quidem,* sc. *responsum est.* — 61. *legibus erat vindicatus,* po zakonima se kaznila (samo joj je sada Akvilije odredio pravnu vrijednost). — *tutela,* sc. *male administrata,* skrbništvo zakonom na 12 ploča; po njem je skrbnik, koji je zlo upravljao imutkom malodobnikovim, morao naknaditi dvostruku štetu. — *lege Plætoria,* pučki tribun *Plætorius* predložio je (192. god.) zakon, koji je određivao, kad prestaje malodobnost (25. godinom), i kako se imaju kazniti oni, koji bi sklopili ugovor s malodobnikom bez privole skrbnikove. — *et sine lege iudiciis:* i bez zakona sudovima, t. j. gdje za pojedine slučajeve nije bilo ništa zakonom određeno: *iudicia* su dvojaka: *iudicia* ili *actiones stricti iuris,* gdje su se suci morali strogo držati pretorova postupnika *(formulæ),* i *iudicia* ili *actiones bonæ fidei,* gdje je sudac bio slobodan te je sudio po svojoj savjesti *(ex fide bona).* Ta druga vrsta sudaca zvali su se *arbitri:* obranički suci. — *reliquorum iudiciorum,* sc. *ex fide bona.* — *hæc verba maxime excellunt*: osobito su znatne ove formule: *in arbitrio rei uxoriæ,* na obraničkom sudu o imutku žene; kad bi se radilo o tom, da se vrati miraz ženi, koja se rastala s mužem. — *melius æquius,* asindet običan u zakonskim formulama: što bolje i pravednije, sc. ima joj se vratiti. — *in fiducia,* kod zaloga, gdje je vjerovnik obvezan vratiti stvar, kad mu je dug isplaćen. — *ut inter bonos bene agier,* sc. *oportet:* kako treba da se radi pošteno među poštenim ljudima; *agier,* stariji oblik infinitiva prez. pas. — *ulla pars fraudis:* može li biti trunka prijevare. — *ex rebus contrahendis,* ugovori. — *illicitatorem,* nadbijač ili prividni kupac; to je kod dražbe onaj, koji u korist prodavaču više nuđa, da tako prisili kupce, da više dadu. — *qui contra se liceatur,* koji će

potest? Dolus autem malus in simulatione, ut ait Aquilius,
continetur. Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne
mendacium. Non illicitatorem venditor, non, qui contra se
liceatur, emptor apponet. Uterque, si ad eloquendum venerit,
62 non plus quam semel eloquetur. Q. quidem Scaevola P. f., cum
postulasset, ut sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur
idque venditor ita fecisset, dixit se pluris aestimare; addidit
centum milia. Nemo est, qui hoc viri boni fuisse neget, sapientis
negant, ut si minoris, quam potuisset, vendidisset. Haec igitur
est illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes existimant.
Ex quo Ennius: „nequiquam sapere sapientem, qui ipse sibi
prodesse non quiret". Vere id quidem, si, quid esset „prodesse",
63 mihi cum Ennio conveniret. Hecatonem quidem Rhodium, di-
scipulum Panaetii, video in iis libris, quos de officio scripsit
Q. Tuberoni, dicere „sapientis esse nihil contra mores, leges,
instituta facientem habere rationem rei familiaris. Neque enim
solum nobis divites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis
maximeque rei publicae. Singulorum enim facultates et copiae
divitiae sunt civitatis". Huic Scaevolae factum, de quo paulo
ante dixi, placere nullo modo potest; etenim omnino tantum se
64 negat facturum compendii sui causa, quod non liceat. Huic nec
laus magna tribuenda nec gratia est. Sed, sive et simulatio et
dissimulatio dolus malus est, perpaucae res sunt, in quibus non
dolus malus iste versetur, sive vir bonus est is, qui prodest
quibus potest, nocet nemini, certe istum virum bonum non facile
reperimus. Numquam igitur est utile peccare, quia semper est

---

manje ponuditi (kupac također naruči ljude, koji će nuditi manje od njega *(contra se)*, da tako povoljnije kupi); *apponet,* postaviti, naručiti. — *ad eloquendum,* da kaže cijenu, t. j. i prodavač i kupac neka svaki kaže svoju cijenu i kod nje ostanu. — **62.** *fundus . . . indicaretur,* da mu se jedamput rekne cijena zemljištu (stalna cijena). — *centum milia,* t. j. sesteraca. — *ut si . . . = ut sapientis non fuisset, si vendidisset minoris, quam potuisset.* — *ex quo Ennius,* sc. *ait:* stoga . . . — *sapere sapientem,* to je bilo u tragediji Medeji; misao je uzeta iz Euripida: *μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.* — *mihi . . . conveniret,* kad bih se slagao s Enijem, što znači »koristiti«. — **63.** *scripsit,* posvetio je. — *Tuberoni,* pretor 123. god., strogi pristaša stoičke filozofije, prijatelj Panecijev — *nihil . . . facientem habere rationem . . .;* ne čineći ništa protiv da se . . . brine za imutak. — *huic,* sc. *Hecatoni.* — *omnino* spoji s *negat:* uopće kaže, da za

turpe, et, quia semper est honestum virum bonum esse, semper
est utile.
Ac de iure quidem praediorum sanctum apud nos est iure **16** 65
civili, ut in iis vendendis vitia dicerentur, quae nota essent ven-
ditori. Nam, cum ex duodecim tabulis satis esset ea praestari,
quae essent lingua nuncupata, quae qui infitiatus esset, dupli
poenam subiret, a iuris consultis etiam reticentiae poena est
constituta; quicquid enim esset in praedio vitii, id statuerunt, si
venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, praestari oportere.
Ut, cum in arce augurium augures acturi essent iussissentque 66
Ti. Claudium Centumalum, qui aedes in Caelio monte habebat,
demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis, Claudius pro-
scripsit insulam, emit P. Calpurnius Lanarius. Huic ab auguri-
bus illud idem denuntiatum est. Itaque Calpurnius cum demo-
litus esset cognossetque Claudium aedes postea proscripsisse,
quam esset ab auguribus demoliri iussus, arbitrum illum adegit,
q u i d q u i d s i b i d a r e f a c e r e o p o r t e r e t e x f i d e
b o n a. M. Cato sententiam dixit, huius nostri Catonis pater
— ut enim ceteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progenuit,
ex filio est nominandus — is igitur iudex ita pronuntiavit:
„cum in vendendo rem eam scisset et non pronuntiasset,
emptori damnum praestari oportere." Ergo ad fidem bonam 67
statuit pertinere notum esse emptori vitium, quod nosset ven-
ditor. Quod si recte iudicavit, non recte frumentarius ille, non
recte aedium pestilentium venditor tacuit. Sed huiusmodi reti-
centiae iure civili comprehendi non possunt; quae autem possunt,
diligenter tenentur. M. Marius Gratidianus, propinquus noster,
C. Sergio Oratae vendiderat aedes eas, quas ab eodem ipse paucis

---

svoju korist ne će učiniti samo ono, što nije dopušteno. — **65.** *de iure prædiorum,* o pravu, t. j. o ugovoru o zemljištima. — *præstari,* jamčiti za . . .; *lingua nuncupata,* što je izrijekom navedeno. — **66.** *ut,* na pr. — *in arce,* sc. *Capitolina;* augur je za motrenje morao imati slobodan vidik, a njemu je smetala na istoku (na Celiju) kuća. — *proscripsit, oglasi, da prodaje.* — *insulam,* osamljena kuća. — *arbitrum adegit = ad arbitrum adduxit illum,* pozove ga pred obraničkog suca; *quidquid . . .: ut sibi præstaretur, quidquid sibi* (sc. *Calpurnio)* *Claudium dare et facere oporteret.* — *M. Cato,* umro 91. god., otac Katona Utičkoga. — *ut enim . . . nominandus,* parenteza: drukčije se, kaže, sinovi nazivaju po ocevima, ali ovaj Katon, koji je rodio onu diku (t. j. Katona Utičkoga, koji je znatniji od oca), ima se nazivati po sinu. — **67.** *iure civili comprehendi*

ante annis emerat. Eae serviebant, sed hoc in mancipio Marius
non dixerat. Adducta res in iudicium est. Oratam Crassus, Gra-
tidianum defendebat Antonius. Ius Crassus urgebat, „quod vitii
venditor non dixisset sciens, id oportere praestari", aequitatem
Antonius, „quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui
illas aedes vendidisset, nihil fuisse necesse dici, nec eum esse
68 deceptum, qui id, quod emerat, quo iure esset, teneret." Quorsus
haec? Ut illud intellegas, non placuisse maioribus nostris astu-
tos.

17 Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias, leges,
quatenus manu tenere possunt, philosophi, quatenus ratione et
intellegentia. Ratio ergo hoc postulat, ne quid insidiose, ne quid
simulate, ne quid fallaciter. Suntne igitur insidiae tendere
plagas, etiamsi excitaturus non sis nec agitaturus? Ipsae enim
ferae nullo insequente saepe incidunt. Sic tu aedes proscribas,
tabulam tamquam plagam ponas, in eam aliquis incurrat impru-
69 dens? Hoc quamquam video propter depravationem consuetu-
dinis neque more turpe haberi neque aut lege sanciri aut iure
civili, tamen naturae lege sanctum est. Societas est enim —
quod etsi saepe dictum est, dicendum est tamen saepius —,
latissime quidem quae pateat, omnium inter omnes, interior
eorum, qui eiusdem gentis sint, propior eorum, qui eiusdem
civitatis. Itaque maiores aliud ius gentium, aliud ius civile esse
voluerunt; quod civile, non idem continuo gentium, quod autem

non possunt: ne može građansko pravo obuhvatiti. — *tenentur,* podvrgnuti su zakonu, kazne se. — *Gratidianus;* njegova sestra bila je Ciceronova baka; bio je ubit po odredbi Sulinoj 82. g. — *Sergius,* pretor 97. god. — *serviebant,* imala je na sebi servitut (kao na pr. kuća, koja ima neke obveze prema susjedu). — *mancipio,* kupoprodajni ugovor. — *ius urgebat,* pozivao se na pravo. — *quo iure,* u kakvom pravnom stanju. — *teneret,* znati. — 68. *tollunt,* ukloniti, stati na put čemu. — *manu tenere,* očevidno upoznati. — *suntne . . . insidiæ:* nije li zasjeda namjestiti (*tendere,* razapeti) mreže, sc. divljači, i ako je ne kaniš dići ni pognati? — *sic,* t. j. kao lovac. — *proscribas . . . ponat . . . incurrat,* konjunktivi dubitativni. — *tabulam . . . ponas,* namjestiš dražbenu ploču . . .; *plaga* se rijetko upotrebljava u sing., kad znači mreža; ovdje jamačno poradi simetrije s *tabulam.* — 69. *propter depravationem consuetudinis,* poradi izopačenog javnog mišljenja. — *sanciri,* zabranjeno je. — *interior,* uži; *propior,* još uži. — *ius gentium,* međunarodno pravo. — *solidam et expressam effigiem nullam tenemus,* nemamo pravi i živi kip, t. j. prave i savršene slike. — *umbra et imaginibus utimur,* nego sjenu i sliku. — *ipsas,* prevedi s: barem. — *feruntur,*

gentium, idem civile esse debet. Sed nos veri iuris germanaeque
iustitiae solidam et expressam effigiem nullam tenemus, umbra
et imaginibus utimur. Eas ipsas utinam sequeremur! Ferun-
tur enim ex optimis naturae et veritatis exemplis. Nam quanti
verba illa: *uti ne propter te fidemne tuam cap-* 70
tus fraudatusve sim! quam illa aurea: *ut inter*
bonos bene agier oportet et sine fraudati-
one! Sed, qui sint, „boni", et quid sit „bene agi" magna
quaestio est. Q. quidem Scaevola, pontifex maximus, summam
vim esse dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur
ex fide bona, fideique bonae nomen existimabat manare
latissime, idque versari in tutelis societatibus, fiduciis mandatis,
rebus emptis venditis, conductis locatis, quibus vitae societas
contineretur; in iis magni esse iudicis statuere, praesertim cum
in plerisque essent iudicia contraria, quid quemque cuique
praestare oporteret. Quocirca astutiae tollendae sunt eaque 71
malitia, quae vult illa quidem videri se esse prudentiam, sed
abest ab ea distatque plurimum. Prudentia est enim locata in
dilectu bonorum et malorum, malitia, si omnia, quae turpia
sunt, mala sunt, mala bonis ponit ante. Nec vero in praediis
solum ius civile ductum a natura malitiam fraudemque vindicat,

izvode se, potječu. — *ex optimis . . . exemplis,* od najboljih uzora, što ih daje priroda i istina. — 70. *quanti,* sc. *æstimanda sunt.* — *uti ne . . .,* da ne budem poradi tebe (tvojom krivnjom) ili poradi pouzdanja u tebe . . .; jedna formula kod *pactum fiduciæ,* kad jedan traži, da mu pouzdanje u drugoga ne bude na štetu. — *quam . . . aurea,* kako su zlatne one riječi. — *ut inter bonos . . .,* v. 61. — *summam vim esse,* veoma su znatne sve obraničke presude. — *nomen,* pojam. — *manare latissime,* upravo: prostire se veoma na široko: ima veoma veliki opseg. — *versari in . . .,* ticati se čega. — *societatibus,* trgovačkih društava. — *fiduciis,* povjerenja (povjerena blaga); *mandatis,* punomoći, kad netko dobije punomoć, da će za drugoga besplatno obaviti neki posao, obvezan je, da taj posao valjano obavi i odgovara za svaku štetu. — *quibus vitæ societas contineretur,* u čemu se sastoji društveni život. — *in iis magni esse iudicis . . .* pri tom, ili: u tim slučajevima je posao vrsna suca . . .; teže je pravedno suditi u *iudicia ex fide bona,* gdje treba oštro paziti na samu prijepornu stvar, nego u *iudicia stricti iuris,* gdje je dovoljno primijeniti pretorovu formulu. — *iudicia contraria,* protivna tužba, kad optuženi podigne tužbu protiv tužitelja, na pr. trgovac vinom tuži kupca, da mu nije platio, a optuženi tuži trgovca, da vino nije odgovaralo uzoru. — 71. *ponit ante,* tmeza mjesto *anteponit.* — *ductum a natura,* koje potječe od prirode; *excluditur,* isključena je, zabranjena je. — *qui . . . scire debuit,* prodavač robova dužan je kazati mane njihove, drukčije

sed etiam in mancipiorum venditione venditoris fraus omnis
excluditur. Qui enim scire debuit de sanitate, de fuga, de furtis,
72 praestat edicto aedilium. Heredum alia causa est. Ex quo intelle-
gitur, quoniam iuris natura fons sit, hoc secundum naturam
esse, neminem id agere, ut ex alterius praedetur inscitia. Nec
ulla pernicies vitae maior inveniri potest quam in malitia
simulatio intellegentiae; ex quo ista innumerabilia nascuntur,
ut utilia cum honestis pugnare videantur. Quotus enim quisque
reperietur, qui impunitate et ignoratione omnium proposita
abstinere possit iniuria?

18
73 Periclitemur, si placet, et in iis quidem exemplis, in quibus
peccari vulgus hominum fortasse non putet. Neque enim de
sicariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc
loco disserendum est, qui non verbis sunt et disputatione philo-
sophorum, sed vinculis et carcere fatigandi, sed haec conside-
remus, quae faciunt ii, qui habentur boni. L. Minucii Basili,
locupletis hominis, falsum testamentum quidam e Graecia
Romam attulerunt. Quod quo facilius obtinerent, scripserunt
heredes secum M. Crasum et Q. Hortensium, homines eiusdem
aetatis potentissimos; qui cum illud falsum esse suspicarentur,
sibi autem nullius essent conscii culpae, alieni facinoris mu-
nusculum non repudiaverunt. Quid ergo? satin est hoc, ut non
deliquisse videantur? Mihi quidem non videtur, quamquam
74 alterum vivum amavi, alterum non odi mortuum. Sed, cum

---

jamči za štetu. — *edicto ædilium,* jer edili imaju nadzor nad prodajom na trgu. — *heredum,* baštinik, koji proda baštinjena roba, nije dužan poznavati mane njegove. — 72. *prædetur,* crpe korist, koristi se. — *in malitia simulatio intellegentiæ,* kad se lopovština prikazuje kao razboritost; kad čovjek hoće da lopovštinu prikazuje razboritošću. — *ista, ut*... oni slučajevi gdje... — *impunitate ... proposita,* kad bi se nadali, da ne će biti kažnjeni i da se ne će ništa znati. — 73. *fatigandi = cœrcendi.* — *testamentariis,* krivotvoritelj oporuke. — *quod ... obtinerent,* da lakše postignu svoju svrhu, ili pak: da je lakše učine valjanom. — *secum,* jer su se nadali njihovoj pomoći i zaštiti, ako se prijevara otkrije. — *Crassum,* triumvir, kojega nije Ciceron trpio. — *Q. Hortensium,* znamenit govornik i suparnik Ciceronov, kojega je ipak štovao. — *satin = satisne.* — *ut non deliquisse videantur,* da bi se moglo reći, da nisu skrivili. — 74. *M Satrium,* koji je, kad ga je ujak posinio, nosio ime *Minucius Basilus Satrianus.* — *o turpem notam*... o sramotne ljage vremena, jer su Picenjani i Sabinci imali građansko pravo, a što su imali patrona, snizili su se na osvojene provincije. — *principes cives,* najugledniji građani; gore ih je nazvao *potentissimi.*

Basilus M. Satrium, sororis filium, nomen suum ferre voluisset
eumque fecisset heredem — hunc dico patronum agri Piceni
et Sabini; o turpem notam temporum! —, non erat aequum
principes cives rem habere, ad Satrium nihil praeter nomen
pervenire. Etenim, si is, qui non defendit iniuriam neque pro-
pulsat, cum potest, iniuste facit, ut in primo libro disserui,
qualis habendus est is, qui non modo non repellit, sed etiam
adiuvat iniuriam? Mihi quidem etiam verae hereditates non
honestae videntur, si sunt malitiosis blanditiis, officiorum non
veritate, sed simulatione quaesitae. Atqui in talibus rebus aliud
utile interdum, aliud honestum videri solet. Falso; nam eadem 75
utilitatis, quae honestatis, est regula. Qui hoc non perviderit,
ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Sic enim cogitans:
„Est istuc quidem honestum, verum hoc expedit" res a natura
copulatas audebit errore divellere, qui fons est fraudium, male-
ficiorum, scelerum omnium. Itaque, si vir bonus habeat hanc **19**
vim, ut, si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta
nomen eius irrepere, hac vi non utatur, ne si exploratum quidem
habeat id omnino neminem umquam suspicaturum. At dares
hanc vim M. Crasso, ut digitorum percussione heres posset
scriptus esse, qui re vera non esset heres, in foro, mihi crede,
saltaret. Homo autem iustus isque, quem sentimus virum
bonum, nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. Hoc qui
admiratur, is se, quid sit vir bonus, nescire fateatur. At vero, 76
si qui voluerit animi sui complicatam notionem evolvere, iam
se ipse doceat eum virum bonum esse, qui prosit quibus possit,

---

— *nihil præter nomen,* samo ime, što ga je posvojenjem dobio. — *veræ = iustae.* — *officiorum... quæsitæ,* ako nisu stečene iskrenim, nego hinjenim uslugama. — 75. *verum hoc,* ali. — *errore,* u bludnji. — *digitis concrepuerit,* prstima pucati, mi bismo rekli: ako samo prstom makne, t. j. bez ikakve teškoće. — *irrepere,* uvući se. — *ne si exploratum quidem habeat,* ni kad bi pouzdano znao. — *dares... saltaret*: trebalo je dati; *saltaret,* t. j. od veselja; adhortativni konjunktiv mjesto hipotetične protaze. — *re vera,* doista, prevedi pridjevom: pravi (jer nema prava). — *sentimus = existimamus.* — 76. *animi sui complicatam notionem evolvere,* razviti, razjasniti pojam, koji je u duši njegovoj nejasan. Ciceron drži, da su moralne ideje čovjeku prirođene. Povodeći se za Platonom, da se duša za života sjeća ideja, što ih je prije motrila, kaže, da čovjek ima u svojoj duši ideju, pojam *(notionem)* o *vir bonus,* ali je nejasan, jer smeta tijelo. Da dođemo do prave spoznaje njegove, treba da ga oslobo-

noceat nemini nisi lacessitus iniuria. Quid ergo? hic non noceat,
qui quodam quasi veneno perficiat, ut veros heredes moveat, in
eorum locum ipse succedat? „Non igitur faciat, dixerit quis,
quod utile sit, quod expediat?” Immo intellegat nihil nec expe-
dire nec utile esse, quod sit iniustum. Hoc qui non didicerit,
77 bonus vir esse non poterit. C. Fimbriam consularem audiebam
de patre nostro puer iudicem M. Lutatio Pinthiae fuisse, equiti
Romano sane honesto, cum is sponsionem fecisset, n i v i r
b o n u s e s s e t. Itaque ei dixisse Fimbriam se illam rem
numquam iudicaturum, ne aut spoliaret fama probatum homi-
nem, si contra iudicavisset, aut statuisse videretur virum bonum
esse aliquem, cum ea res innumerabilibus officiis et laudibus
contineretur. Huic igitur viro bono, quem Fimbria etiam, non
modo Socrates noverat, nullo modo videri potest quicquam esse
utile, quod non honestum sit. Itaque talis vir non modo facere,
sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat
praedicare. Haec non turpe est dubitare philosophos, quae ne
rustici quidem dubitent? a quibus natum est id, quod iam
contritum est vetustate, proverbium: cum enim fidem alicuius
bonitatemque laudant, dignum esse dicunt: „quicum in tenebris
mices”. Hoc quam habet vim nisi illam, nihil expedire, quod non

dimo, odmotamo, razmrsimo *(evolvere)* iz okova tjelesnih: zamršen (nejasan) pojam u svojoj duši razmrsiti. — *se ipse doceat,* sam bi se od sebe uvjerio. — *non noceat,* ne bi škodio? — *veneno,* čarobnim pićem, činima. — 77. *C. Fimbriam: C. Flavius Fimbria,* konzul 104. god. — *de patre = ex patre.* — *sponsionem . . . esset,* ne znamo pouzdano, o kakvom se događaju ovdje govori, ali stvar će biti otprilike ovo: netko je morao posumnjati o poštenju Lutacijevu; nato je Lutacije pozvao onoga čovjeka, da pođu tražiti od suca odluku o tom, i ako ne bude odluka za nj povoljna, platit će neku svotu *(sponsio).* Sudac je odbio, da presuđuje, jer je to bila neznatna stvar. — *sponsionem . . . fecisset,* kad je dao zalog, jamčevinu, ili: kad se ovaj obvezao, da će platiti određenu svotu. — *si contra iudicavisset,* ako bi izrekao odluku, presudu protiv njega. — *laudibus,* zasluga. — *prædicare,* javno reći. — *quicum in tenebris mices: micare digitis* je bila rimska igra, u kojoj dva igrača naglo pružaju prste desne ruke i ujedno svaki kaže jedan broj. Onaj, čiji se broj slaže s brojem pruženih prstiju obojice, dobio je igru. Ova igra još je danas veoma mila Talijanima, a zovu je »mora«. Prevesti možemo ili: s kojim bi mogao i u tami igrati se na prste, ili: s kojim bi i u tami mogao igrati moru. Poslovicom se ističe veliko poštenje čovjeka, koji nije sposoban da koga prevari. — *Hoc quam . . . nisi illam:* a što drugo može to značiti nego . . . — *nullo refellente,* da ti nitko ne

deceat, etiamsi id possis nullo refellente obtinere? Videsne hoc 78
proverbio neque Gygi illi posse veniam dari neque huic, quem
paulo ante fingebam digitorum percussione hereditates omnium
posse converrere? Ut enim, quod turpe est, id, quamvis occul-
tetur, tamen honestum fieri nullo modo potest, sic, quod ho-
nestum non est, id utile ut sit, effici non potest adversante et
repugnante natura.

At enim, cum permagna praemia sunt, est causa peccandi. **20** 79
C. Marius cum a spe consulatus longe abesset et iam septimum
annum post praeturam iaceret neque petiturus umquam con-
sulatum videretur, Q. Metellum, cuius legatus erat, summum
virum et civem, cum ab eo, imperatore suo, Romam missus
esset, apud populum Romanum criminatus est bellum illum
ducere; si se consulem fecissent, brevi tempore aut vivum aut
mortuum Iugurtham se in potestatem populi Romani redactu-
rum. Itaque factus est ille quidem consul, sed a fide iustitiaque
discessit, qui optimum et gravissimum civem, cuius legatus et
a quo missus esset, in invidiam falso crimine adduxerit. Ne 80
noster quidem Gratidianus officio viri boni functus est tum,
cum praetor esset collegiumque praetorium tribuni plebi adhi-
buissent, ut res nummaria de communi sententia constitueretur;

dokaže krivnju. — 78. *Gygi:* isp. III. 38, gdje Ciceron pripovijeda, kako je došao do prstena; kad bi ga okrenuo, nitko ne bi njega vidio, a on bi vidio sve. Upotrijebivši taj prsten zaveo je lidijsku kraljicu, kralja Kandaula ubio i sam postao kraljem. To pripovijeda Herodot I. 8—12 i Platon, De re publ. II. p. 359. — *adversante et repugnante natura,* jer se opire i protivi priroda, ili hendiadyoin: jer se odlučno protivi priroda. — 79. *at enim,* Ciceron pomišlja na prigovor: ali, mogao bi tko prigovoriti. — *a spe consulatus longe abesset,* kad je imao malo nade, da će biti konzul. — *post præturam,* pretor je bio 115. god., a prvi put konzul 107. god. — *iaceret,* bio je prezren, nije se za nj marilo. — *Q. Metellum,* konzul 105. god., koji je vodio rat s Jugurtom. — *ab eo missus;* tako Ciceron, dok Salustije (Jug. 64.) kaže, da je Marije molio Metela za dopust, da se ide natjecati, a on mu ga je i dao rugajući mu se. — *ducere,* zavlačiti. — *qui . . . in invidiam . . . adduxerit,* kauzalno: jer je . . . lažnom osvadom omrazio. — 80. *noster,* t. j. rođak. — *Gratidianus,* v. 67. — *prætor,* 86. godine. — *collegiumque prætorium . . . adhibuissent,* kad su se posavjetovali sa zborom pretorâ. — *ut res nummaria . . . constitueretur,* da zajedničkim zaključkom urede novčarstvo. — *iactabatur . . . nummus,* tako se mijenjala vrijednost novcu (poradi krivotvorenja). — *quid,* koliko. — *cum pœna,* zaprijetivši se kaznom i

iactabatur enim temporibus illis nummus sic, ut nemo posset scire, quid haberet. Conscripserunt communiter edictum cum poena atque iudicio constitueruntque, ut omnes simul in rostra post meridiem escenderent. Et ceteri quidem alius alio, Marius ab subselliis in rostra recta idque, quod communiter compositum fuerat, solus edixit. Et ea res, si quaeris, ei magno honori fuit; omnibus vicis statuae, ad eas tus, cerei. Quid multa? nemo
81 umquam multitudini fuit carior. Haec sunt, quae conturbent in deliberatione nonnumquam, cum id, in quo violatur aequitas, non ita magnum, illud autem, quod ex eo paritur, permagnum videtur, ut Mario praeripere collegis et tribunis plebi popularem gratiam non ita turpe, consulem ob eam rem fieri, quod sibi tum proposuerat, valde utile videbatur. Sed omnium una regula est, quam tibi cupio esse notissimam, aut illud, quod utile videtur, turpe ne sit aut, si turpe est, ne videatur esse utile. Quid igitur? possumusne aut illum Marium virum bonum iudicare aut hunc? Explica atque excute itellegentiam tuam, ut videas, quae sit in ea forma et notio viri boni. Cadit ergo in virum bonum mentiri emolumenti sui causa, criminari, praeripere fal-
82 lere? Nihil profecto minus. Est ergo ulla res tanti aut commodum ullum tam expetendum, ut viri boni et splendorem et nomen amittas? Quid est, quod afferre tantum utilitas ista, quae dicitur, possit, quantum auferre, si boni viri nomen eripuerit, fidem iustitiamque detraxerit? Quid enim interest, utrum ex

---

sudom. —*escenderent = ascenderent,* da pođu na govornicu (t. j. da edikt proglase). — *alius alio,* sc. *discesserunt,* jedan ovamo, drugi onamo. — *ab subselliis,* sc. *tribunorum,* gdje su viječali. — *in nostra,* sc. *se contulit; recta,* ravno. — *omnibus vicis,* u svim ulicama; glagoli su izostavljeni. — 81. *in quo,* čim. — *illud,* t. j. korist. — *Mario,* sc. *Gratidiano.* — *præripere,* komu što na svoju korist oteti. — *illum Marium,* t. j. K. Marija; *hunc,* t. j. Gratidijana. — *explica atque excute,* isp. 76 *complicatam notionem evolvere;* razmrsi i ispitaj ono znanje, koje je u tebi. — *forma et notio,* ideja i pojam. — *cadit in . . .,* dolikovati. — *nihil profecto minus,* sc. *cadit in virum bonum,* t. j. sve prije nego to. — 82. *quæ dicitur,* tobožnja. — *quid . . . interest,* kakva je razlika. — *hominis figura,* abl. qualitatis: u ljudskoj spodobi . . . *is, qui . . .:* godine 59. je Pompej, kad mu je bilo 47 godina, uzeo Juliju, kćerku Cezarovu, kojoj su bile 23 godine i koja je već bila vjerena za Cepijona; brak je sklopljen iz političkih razloga. — *invidia,* omraza; abl. causæ, jer je Cezar bio omražen kod optimata. — *Phœnissis,* tragedija Euripidova, iz koje Ciceron prevodi dva stiha (524—525): *εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι | κάλλιστον ἀδικεῖν, τἆλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.*

homine se convertat quis in beluam an hominis figura immanitatem gerat beluae?

Quid? qui omnia recta et honesta neglegunt, dummodo 21
